BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
13 B
9

44 44
b b
50 35

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Collegio Romano
Societatis Iesu

227

Collegij Romani Societatis IESV, cat. inscrip.
[redacted] Romani

68-13-B-9.

IO. GENESII SEPVLVEDAE

Cordubenſis Artium & Theologiæ doctoris de conuenientia militaris diſciplinæ cũ chriſtiana religione dialogꝰ, qui inſcribitur Democrates.

43.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IO, Geneſius Sepulueda illuſtri, & ornatiſſi-
mo uiro, Franciſco Toleto, S. P.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LIbrum de conueniẽtia diſciplinæ militaris cum chriſtiana religiõe: quem ad patruelis tui filium Fernandum Toletum Albanorũ Ducẽ elucubrauerã: mihi erat in animo non ante in manus hominum emittere, q̃ʒ diu ſancitum, uelut alienum perpẽdiſſem, lẽteqʒ, & accurate more ueterum recognouiſſem. Tu tamẽ uix dum peractum: ut iã edere moliar adhortaris, Rẽ aſſeuerans: nec ſine exemplo futuram: nec ſine ratione. Nam quosdam ueterum ſummos uiros, & in his Marcum Tullium, nihil minus ſecutos fuiſſe doces, q̃ʒ id cõſilium de longo tempore protrahendo librorum editioni, quod Horatius in arte poetica probauit, & ego tuis poſtulatis obiiciebam. Et ſimul eũ libellum, qui utinam dignus eſſet opinione tua, a multis affirmas deſiderari, eius ordinis hominibus, ut ipſorum honeſta deſideria, cõmoditatesqʒ differre, contra officium eſſe uideatur. Ego uero ut tibi aſſentior, fuiſſe uiros præſtantes, qui confectos libros pauliſper intra domeſticos parietes continuerint, ſic me ab illorũ ingenii, doctrinæqʒ magnitudine, cui iure poterat licentia properandi concedi, longiſſime abeſſe, nõ ignoro. Certũqʒ habeo nemini lenta in hoc genere cõſilia, atqʒ moram editionis nocuiſſe, Sed tu nullam excuſatio-

nem admittens urges et nunc recentioribus ho-
minum doctorum, ſed tñ uel moræ impatientiũ,
uel ambitioſorum exemplis. Huc adiiciens id
quod me uel in primis commouit, non eſſe rem
iam omnino integram, cum idem manu ſcriptus
libellus, uelut humilitatem ſcrinii noſtri perteſus,
& ambitioſe cupiens ſublimiora, & auguſtiora lo
ca uidere, me prope modum inuito priuatim qui
dem exierit, ſed paulo inconſultius nõ expectata
poſtrema lima. Obſequendum eſt igitur uolun-
tati tuæ uel cum iactura meæ exiſtimatiõis. Nec
enim tam durus ſum, aut pertinax propoſiti, ut
obſiſtere poſſim ſtudio tuo atq; rogatui, quem
tum propter humaniſſimos tuos, ſuauiſſimosq;
mores unice diligo, quod mutuo me facere sẽtio,
tum colo familiariter, ac diligenter obſeruo
propter canam in ætate iuuenili pruden-
tiam, & cum ſingulari uirtutum omni-
um ſtudio, conuenientem ſplen-
dori familiæ, eandemq; co-
mitate cõditam gra
uitatem.

Vale.

Turcarum bellum pannoniis, atq; germanis illatum. fol 3.
Caroli Cæſaris apparatus ad obſiſtendum turcis,ac eiuſdē induſtria ī cōficiēdo exercitu.fol.3.
Turcarum fuga turpiſſima non expectato certamine. fol.4.
Corone oppidum peloponneſi expugnatum a claſſe cæſariana. fol.5.
Duorum ducum Albani & beiarenſis aduent9, & frequens hiſpanæ nobilitatis ultroneuſq; cōcurſus ad bellum pannonicum. fol.6.
Hiſpanis innata religio,& occaſio dialogi.fol.6.
Vtrum liceat chriſtianis bellum gerere contra luteranorum errorem. fol.7.
Teſtamentum uetus quatenus a Chriſto fuerit abrogatum. fol.9.
Quid ſit natura iuſtū,ſeu lex naturalis. fol.11.
Quorum iudicio ſtandum ſit de bonis & malis rebus. fol.12.
Quædam bella geri iure naturæ. fol.12.
Philoſophorum & thelogorum placita de ſummo bono,ſeu felicitate. fol.13.
De uita actiua,& contemplatiua,& utriuſq; præceptis. fol.14.
Doctrinaꝝ,& artium quæ ǵbus p̄ferant̄. fol.16.
Luteranoꝝ argumenta ſoluuntur. fol.16.
A beſtiis ēt bellum geri iure naturæ fol.19.

Cur reges,& antiſtites uocent paſtores. fol.19.
Quæ bella & arma Epiſcopis cõuieniãt. fol.20.
Quib9 ex cauſis bellũ ſuſcipi debeat. fol.20.
De dolo & inſidiis in bello permiſſis fol.22.
De bellis ciuilibus,& inteſtinis. fol.22.
Parendũ eſſe regib9 & p̃ncipib9 ẽt iniqs. fol.23.
Qui reges ſcti,& uiri p̃ncipes bella geſſere.f.24.

Argumenta potiſſima cur fortitudo uideatur aduerſa chriſtianæ religioni. fol. 25.
Signa fortis, & robuſti militis. fol. 26.
Exempla uetera & recentia ſignorum fortis militis. fol. 27.
Gonſali Magni, Iacobi Mendozæ, Io. Vrbinæ, Iacobi Garſiæ laus. fol. 37.
Exempla fortium uirorum breuis ſtaturæ, uetera & recentiora. fol. 27.
Antonii Leiuæ animi robur in infirmo corpore. fol. 27.
Quæ uirtutes bonum militem efficiant, & de uirtutum connexione. fol. 28.
De conuenientia peripateticorum, & chriſtianorũ in ſummo bono, & tradẽdis officiis. fol. 30.
Quæ ſit interna ratio colendi uirtutes. fol. 31.
Quanti ponderis eſſe debeat, & quibus in rebus philoſophorum auctoritas. fol. 32.
Platonis, & Ariſtotelis comparatio. fol. 33.
Quibus inuiſa ſit Ariſtotelis doctrina, & de Aquinate Thoma iudicium. fol. 34.
Veteres theologi ꝙ ualde fuerint uſi doctrina philoſophorum. fol. 34.
Quorum iudicio ſtandũ ſit cum de fortitudine agit̃, militũ an philoſophorum, ac d̃ phormione philoſopho male dimiſſo ab Annibale. f. 38.
Qui philoſophi fuerint milites, & quomõ morũ

doctrina ſit inuenta. fol.39.
De ratione fortitudinis, & oppoſitorum uicio-
rum &, eius ſpeciebus. fol.41.
Non eſſe pericula militibus extenuanda. fol.43.
De uirtute quæ tẽperat paruorum honorum ap
petentiam & uiciis oppoſitis fol.44.
De magnanimitate, & uiciis oppoſitis & ueteri-
bus p̃miis bellicæ uirtutis diuerſarũ gẽtiũ. f.45.
De iuſtitia, & eius diſcrimine, & conuenientia cũ
magnanimitate. fol.46.
Magnanimus pauca magni facit, raro ſubit peri
cula, & de reliquis ipſius ſtudiis & moribus, &
ſignis naturalibus. fol.48.
De uirtutibus naturalibus, & quantum condu-
cant ad morales. fol.51.
De prudentia & ſolertia, ac ſubiecto uirtutum
moralium. fol.52.
Cur de ꝓborũ hoĩum filiis ſit bñe ſperãdũ. f.53.
Maximã eſſe uim ad bonos mores, in ſtudioſa,
& honeſta educatione. fol.54.

Argumenta, cur animi magnitudo abhorrere uideatur a chriſtiana religione. fol. 55.
De humilitate, quæ cum eſſe uideatur aduerſa magnanimitati, eſt tamē eius pars. fol. 56.
De ratione diuitiarum, & quod neceſſariæ ſint ad aliquas uirtutes fungendas, & de commodis, ac incōmodis ipſarum. fol. 63.
De pauptate, eiuſque cōmodis, & icōmodis. f. 65.
De Platonis rep. & utrū habere facultates comunes conueniat chriſtianæ Religioni. fol. 65.
De ratione uiuendi monachorum, & mendicitate. fol. 67. & 69.
Vtrum ſola uoluntas ſufficiat ad officia uirtutis. fol. 67. & 71.
De ſacerdotū opib⁹, & ipſarum diſtributiōe. fol. 70.
Cōparatio operis aīæ interni cū externo. fol. 71.
De gloria mūdana, & honeſto ei⁹ appetitu. f. 74.
Externa bona, cur nominētur bona. fol. 76.
De iniuriis ꝓpulſandis, & remittēdis. fol. 78.
Cur qui iniurias nō ulciſcūtur, habēt ignaui. f. 79.
Error putantium chriſtianam religionem obeſſe imperiis ad diuturnitatem. fol. 80.
Emanuelis Leonis, & Sueri quignonii celebria facinora. fol. 81.
De ſingulari certamine, & quibus olim conueniebat, & quibus erat infame. fol. 82.
Vetus hiſpanorum conſuetudo ſingulariter depugnandi. fol. 82.

Exempla uetera,& recentiora illuſtrium uirorum
qui ſingulari certamine depugnarunt. fol.83.
Quando licet chriſtianis ſingulari pugna decer-
tare. fol.84.
Sublata per inimicum in certamine ſingulari pu-
gnandi facultate, utrum fortius ſit, deditionem
facere uictum, an mortem perferre. fol.86.
Quid uiros fortes,& egregiæ patientiæ tutos red
dat ab iniuriis &, de ratione uindictæ, fol.90.
Subiicit auctor in perſona Democratis ſuā ſen-
tentiam iudicio eccleſiæ catholicæ. fol.91.

Ad optimum & clariſſimum uirum, D. Fernādū Toletum Albanorum Ducem, Io. Geneſii ſepuluedæ Democrates, ſiue de conuenientia diſciplinæ militaris cum Chriſtiana religione dialogus.

Præfatio.

CVm Bononiam ueniſſem Clementē Pontificem maximum ſecutus, quo tempore hic Roma profectus, & Carolus Cæſar ex pannonico bello reuerſus de ſummis uidelicet rebus colloquendi gratia in eam urbem conuenerunt, gratiſſimum mihi fuit poſt longam meam decem & octo annorum in Italia peregrinatiōem multos ex hiſpana nobilitate ſūmæ ſpei adoleſcentes uidere, & aliquorum iocūdiſſima cōſuetudine, colloquioq; frui. Sed me omniū maxime delectauit, quod ipſorum quoſdam animaduerti, nō ad arma ſolum, ſed ad litteras etiam præter morem noſtræ gentis factos eſſe procliuiores. Pri⁹ enim rariſſimum erat hiſpanum hominem illuſtri loco natum uidere, q uel litteras latinas didiciſſet. Credo propter bella, quæ iam olim a noſtris ītra Hiſpaniam ipſam cum Chriſtianæ religionis hoſtibus pene continenter gerebantur. Nam ſtudia doctrinarum pacis ocia fere perſequuntur, ſed

poſtq̃ hæc optimorum,religioſorumq́ principũ Fernandi & Iſabellæ uirtute & ſapientia data nobis eſt,& confirmata,hoſtib⁹ partim ſubiugatis, partim etiam deletis,in dies,ut uideo, frequentiores adoleſcentes ex nobilitate exiſtunt,qui conẽtur bellicam maiorum gloriam laude quoq́ doctrinæ more ueterũ Romanorũ cumulare.Sed illud fuit permoleſtum,q̃ ipſorum nõ paucos perſpexi ſcrupulis quibuſdam religionem attingentibus ſollicitari,quos mihi traxiſſe uidebantur ex quorundam commercio,qui ſtudio rerum nouarum inflammati magnos hac memoria tumult⁹ in dei eccleſia cõcitarunt,cõuerſi (ut paulus ait)
1.Timo.1. ad uaniloquium, & uolentes eſſe legis doctores, nec tamen intelligentes,quæ loquũtur,neq́ de quibus affirmant. Sed nulla erat maior illorum iuuenum ſollicitudo,q̃ q̃ ſe uereri ꝓfitebãt̃,ne nõ poſſet miles generoſus,ſimul officio militari, ſimul præceptis chriſtianæ religionis ſatisfacere. quam opinionem,uel errorem poti⁹,ut minuerẽ, præſens uoce,quatenus licuit,in familiaribus cõgreſſibus elaboraui.poſtq̃ uero in urbem reuerſi ſumus,quæſtionem ſcripto accuratius diſſerere conſtitui,ac de bellorum iuſtitia & honeſtate,de fortitudine,ꝗ̃ magnitudine animi,cæteriſq́ reb⁹, quæ proprius hanc quæſtionem attingunt diſputare.quam pro ipſius multiplicitate,& uarietate paulo latius explicatam,hoc libello comple-

xus ſum, quem ut ad te potiſſimum mitterē, Fer nande tolete dux albanorum inclyte, adduxerūt me tuæ ſingulares, & excellentes uirtutes, atq; eædem hæreditariæ. Vt. n. albanū principatum, ſic eas tanq̃ iure hæreditario a maiorib9 tuis tra ditas accepiſti, ac diligētiſſime tueris. Dum in ho ſtes fortem & magnum animum, in tuos huma- nitatem & iuſtitiā præſtas, in omnes, præſertim egenos ac tenuiores liberalitatem, & magnificen tiā. Et quod ē omnium uirtutum fundamentū, deum ſingulari quadam pietate ueneraris. Itaq; uirtutem bellicam, & ſimul chriſtianam religionē tam ſtrenue, ſanctéq; colis, ut ad errorē: quem hic libellus inſectatur, cōuincēdum, claritas exempli tui per ſe ſatis fore uideatur. Cæterum ut ſermo uelut diſceptando commodius explicaretur, pla cuit nobis ipſum more ſocraticorū in dialogi for mā redigere, ueriſq; paꝝ cōmode ſuppetētibus, tres fictas a nobis perſonas, quaſi Romæ loquen tes inducere. Leopoldū germanū hominē, nō ni- hil de luthero referentem, Alfonſum Gueuaram noſtræ gentis, ueteranū militē, & Democratem græcum, cui primas in diſputatione partes, ut iā legēs ipſe cognoſces attribuimus. Orit̃ autē ſer- mo a Leopoldo Alfonſum alloquente, quem ſo- lum offendit ad mōtem uaticanum in cænaculo palatii pontificii deambulantem.

Leopoldus.

Q Vid meditaris Alfonſe? nunquid no-
ui ab Hiſpania? Nam publicum uo-
bis tabellarium perueniſſe, in dubita-
to argumento ſunt frequentes epiſto-
larum catalogi ad fores argentariorū ꝓpoſiti, &
magnus hiſpanorum concurſus ad faſciculos
redimēdos. Alf. Ab hiſpania Leopolde nihil no-
ui, quod q̄dem tibi ſcire ſit cordi: omnes qua ſolēt
tranquilla pace fruuntur. Niſi quod prudentiorꝫ
animos ea cura ſollicitari conſcribunt, quis euen
tus ſit futurꝰ huiꝰ periculoſiſſimi belli, q̄d prin-
ceps Turcarum Solimanus Pannoniis, atq; Ger
manis infert. Ad q̄d ꝓpulſandum Carolꝰ Cæſar
rex noſter ſatis firmum exercitum comparaſ-
ſe dicit̃. Nemo enī paulo modo peritior rerum
ignorat, diſcrimine belli huius maxima rerū uerti
momenta, deq; ſumma prope modum agi reip.
Chriſtianæ. Quāq; ſi uera ſunt, quæ nunciantur,
peditum centum millia, equitum uero triginta in
armis eſſe, ſapientia & auctoritate Caroli Cæſa-
ris, curaq; & diligentia Fernandi fratris eius pan
noniæ regis coacta, magna me ſpes habet, uicto-
riam, ſi dimicatū fuerit, penes noſtros fore, quā-
uis hoſtium exercitum aſſeuerent quingentorum
millium armatorum numerum excedere. Nam
licet nr̄i ſint impares numero, tamē gn̄re militū,
uirtute, peritia belli gerendi, armorumq; appara-

tu ſunt longe ſuperiores. Leop. An iſta te mo-
do ſollicitudo fatigabat, iam dudum in hoc pon
tificio cænaculo ſolum obſtipo capite cornicum
more deambulantem? Alfon. Ea certe potiſſi-
mum. Homini enim ciuili, & liberaliter educato
nulla (ut opinor) cura potior eſſe debet, q̃ carũ
rerum, quæ rẽp. attingunt. Sed hãc ipſam ſollici-
tudinem auget meæ profectionis in hoc bellum
cogitatio, quam profectionem id ſolum moratͤ,
quod tres equi, quos electos Neapoli reliquerã,
anteq̃ in morbum incidiſſem, a quo uix dum ſa-
tis conualui, nondum mihi ſunt adducti. Neq;
enim ſtatui, fortis, atq; officioſi militis eſſe, ei
bello, quod Imperator præſens adminiſtret, non
intereſſe, ſi per ualetudinem ei liceat, aliaſq; ma-
gnas, aut neceſſarias occupationes. Præſertim ſi
quis illius abſentis legatis, ac ducibus ſuam ope-
ram nõ ignaue multis in bellis præſtiterit, quod
mihi arbitror accidiſſe. qui ſub Gonſalo Magno
tyrocinium depoſui, nec ab eo tempore bellum
ullum ab hiſpanis eſt in Italia geſtũ, cui ego non
interfuerim, & meam uirilem operã nauauerim.
Le. Iſtum equidem animum Alfonſe & laudo, &
amplector, qui nullam officii ſuſtineat intermiſ-
ſionem facere, ſed te iſta cura, ſollicitudineq; libe-
ro. Heri enim ueſperi a pannonia. Hippoliti Me-
dices legati litteræ ſunt pontifici redditæ, quibus
hoſtis nunciatͤ, non expectato prælio pterritus

aufugiſſe. Alfon. Miranda narras, & nullis an te ſæculis audita, tam ingentem exercitum, q uel orbi uniuerſo formidandus eſſe uidebatur, nullo prælio fortunam expertum, longe paucioribus cedentem confugiſſe. Cæterum quis tibi huius nũcii auctor eſt? Vereor enim neqꝫ aulicorꝫ, ut ſunt eorum pleriqꝫ naſuti, tibi homini germano, auiſidius fortaſſe de rebus nouis perquirenti, qđ magnopere te cupere intelligebat, id pro certo ludens affirmauerit. Leo. Noſti Democratem, græcum hominem, ſed a pueritia educatũ in Italia? ꝓpinquũ (ut audio) Demetrii ei9, q Pelopõneſſo dominabatur? Alfon. Ego uero ipſius conſuetudine diu ſum militiæ, ꝑlibẽterqꝫ uſus. Eſt. n. nõ ſolum philoſophia, ac litteris græcis, latiniſqꝫ perpolitus, ſed etiam rei militaris, quã longo uſu didicit pitiſſimus. Le. is mihi mõ in Põtificis, unde egrediebatur cõclaui, rei ſummã expoſuit. Nã & nobis olim, ex quo una in gymnaſio Patauino adoleſcentes philoſophabamur, familiaritas nec ea uulgaris intercedit. Alfon. An Democrates nobis aduolauit a pannonia? quo nuper ipſum ex ciſalpina gallia perueniſſe hiſpanorum exercitũ ueteranum ſecutum, his paucis dieb9 factus ſum litteris amicorũ certior. ALeo. Aduolauit ſcl3, ꝑ equos enim diſpoſitos, cum, eo, qui, quas modo dixi, litteras attulit, celerrimo curſu delatus peruenit, Clemẽtem Pontificem Maximum adhor-

tatur9, ut opem qua in hoc apparatu Cæſaria-
num exercitum liberaliter iuuabat, transferat in
bellum Pelopõneſiacum. Illuc enim properat De
mocrates, ſi quam opem uel induſtria, uel aucto-
ritate ſua poſſit noſtris afferre, qui fugata turcarũ
maxima claſſe, & Corone oppido. Peloponneſſi
maritimo expugnato Duce Andrea Doria mul-
to maiora moliuntur, quin ipſum Democratem
aſpice ad nos uenientem, a quo poteris exactius
cuncta perdiſcere. Alfon. ipſe haud dubie Demo
crates eſt, o ſalue Democrates incolumem te a
Pãnonico bello rediiſſe gratulor, Democrates.
Tu quoq; Alfonſe ſaluus ſis, Alfonſus. Eſt ne ue
rum quod modo mihi referebat Leopold9, tur
carum exercitum non dum tuba noſtrorum au-
dita, ſe fugæ mãdaſſe? De. eſt uero uerius. Alfon.
agnoſco Caroli Cæſaris fortunam, De. Agnoſce
& induſtriam. Ea nanq; prudentia exciuerat ma-
gnas Germanorum copias, quorum diſcordiæ
propter Luteranos tumultus maxime fidebat
hoſtis, eaq; diligentia militem ueſtræ gentis uete-
ranum ex in ſubria, nouamq; Italorum manum
ex reliqua Italia hoſtium aduentu nũciato, de-
ducendam ad ſe in pannoniam curauerat, Vt
quem & infirmum, & imparatum offenſurum ſe
crediderat Solimanus, hunc tam inſtructum inue
nerit, ut ſibi uires eius non eſſe tolerandas intelli
gens, ne experiendam quidẽ prælio periculoſiſſi-

Leopoldus.

imo fortunam conſtituerit. Alfonſus. Quid igit. noſtri? nonne fugiẽtem hoſtem inſequuntur? De. non uiſum eſt opportunum. Nam multorum dierum itinere a caſtris noſtris aberat, cum fugere cognitus eſt, quem ad munitiora loca, & bello extrahendo magis idonea ſe ſe recipere putabamus. Vt conſequi eſſet perquã difficile. & alioquin noſtri ad propulſandum bellum, q̃ ad hoſtem extra germaniæ pãnoniæq; fines perſequẽdum paratiores erant, præſertim hyeme appropinquãte, & quo futurum erat iter, cũctis per hoſtium maleficium atq; iniuriam, ferro & igne deuaſtatis, Vt nihil reliqui facerent, unde commeatus poſſent properantibus noſtris ſuppeditari. Te uero Alfonſe ueteranum militem etiam atq; etiam demiror, quæ tam magna cauſa diſtinuerit in Italia, ut a tam neceſſario honeſtoq; bello, cui Carolus Cæſar ipſe præeſſet, ſuſtineres abeſſe. te namq; & fortem uirum, & ad munera bellica obeunda, ſi quenq̃ alium, promptum & impigrum perſpexi, quo nomine tunc te magis, ac magis puderet, ſi ſcires ex hiſpana nobilitate Quot uiros fortes, & quam frequentem iuuentutem fama belli huius exciuerit, qui nec uocati, nec ullum præmium præter officium, & gloriam ſecuti ex cunctis hiſpaniæ finibus certatim ad prælium, quo nemo dubitabat, quin eſſet decernendum accurrebant, quorum principes fu-

ere Fernandus Toletanus, & Iacobus ſtunica albanorum Beiarenſiumq; duces, quorum ille paternæ uirtutis æmulus (eſt enim ut ſcis garſiæ toletani filius, eius, qui in Africa impetu hoſtium appetitus fortiſſime dimicans, ac egregie ſeſe ultus occubuit) factus modo hæres auiti principatus nihil habuit potius, q̃ ut cum frequenti electoq; comitatu ad regem ſuum proficiſceretur, & nihil ſuis opibus parcens, ſe quoq; pro Chriſtianorum publica cauſa diſcrimini belli huius exponeret. Hic uero magna ui pecuniarum ad militem conducendum præmiſſa, ipſe cum paucis per diſpoſitos equos ſubſecutus, ne certamini non intereſſet, magno conſtantiq; animo properauit, qui ut claro documento doceret, ſibi nullam aliam cauſam fuiſſe peregrinationem illam ſuſcipiendi, q̃ ut pro chriſtiana libertate pugnando Cæſari ſuum præſtaret officium, ſublata per hoſtium fugam pugnandi facultate, miſſionæ impetrata ſtatim, domum, quemadmodum uenerat eſt reuerſus. Alfon. an me aliud putas, quam de illuc proficiſcẽdo iam dudum cogitaſſe? ſed aduerſa ualetudine prohibitus ſum, a qua ne nunc quidem ſatis uires priſtinas recepi. Neq; enim ignoro, quantus nobilium, & ſummæ indolis adoleſcentum, fortiumq; uirorum ultro ab hiſpania ad iſtud bellum factus fuerit concurſus, & illorum, quos nomina

ſti principum aduentus officii magnitudiniſq; animi plenus, multorum nobis litteris eſt perſcriptus, & aliorum prætera principū uirorum, nec enim ipſos attinet nominatim recenſere, quos pari animi magnitudine, eadem in regem ſuum, rē-q; publicam chriſtianam pietas ad bellum ſacroſanctum concitauit, eſt enim ſi neſcis, hominum noſtrorum animis inſitus quidam egregius religionis reſpectus. Demo. Ego uero id habeo multis exemplis exploratum. Nam cum rara ſit pietas iis, qui caſtra ſequūtur, ne poetæ prorſus aſtipulemur, qui nullam eis neq; fidem, neq; pietatē eſſe prodidit, animaduerti tamen: poſt urbis Romæ direptionē in ea peſte, quæ ingēs paulo poſt exercitum Cæſarianum ex uariis gentibus conflatum inuaſit, pleroſq; milites hiſpanos, cum in morbum incidiſſent, prædam percupide partā, ne uos uidear ab omni crimine uendicare, religione tamen ductos ſpoliatis ciuibus reſtituiſſe, qđ aliarum nationum cuipiam fortaſſe militi accidit, ego tamen, qui toto eo tempore in caſtris fui multaq; diligenter obſeruaui, neminem nec uidi, nec ab aliis audiui, qui hoc officium Chriſtianæ religioni tribuiſſet. quam de uobis exiſtimationem auxit mihi uel plurimum in pannonia ſuperioribus diebus honeſtiſſima eademq; iucundiſſima eorum iuuenum ex hiſpana nobilitate, quos modo memorabam cōſuetudo. qui cū prō-

pti & alacres eſſent ad pugnam (ut omnes opi-
nabamur) impendentem in eundam,& mortem
pro Chriſtiana religione,ſi fortuna tuliſſet,oppe
tendam illud ſe modo ſubuereri dictabant ne iu
ſtiſſima ira dei propter Lutheranam impietatem
Germaniam affligere,& hoſte uindice hoſtem ul
ciſci ſtatuiſſet. Itaq; plurimus eis erat ſermo de
religione,& item de officio nobilis & chriſtiani
militis,cuiusconditionem complures ipſorũ nõ
ſine dolore accuſabant,in quibuſdam dictitãtes,
nobilis militis,quem ipſi equitem,ſed patrio uo-
cabulo nuncupabant, profeſſionem cum præ-
ceptis chriſtianæ philoſophiæ parum cohærere.
Alſon. Vetus ſcilicet querela,ſed quæ dudum ne
ſcio quo pacto cæperit inter hiſpanam nobilita-
tem,magis ac magis inualeſcere. Leop. Quid mi
rum? cum ne illud quidem ſatis conſtet,num bel-
lum cum quouis hoſte gerere,quod eſt militis offi
cium,liceat per religionẽ homini chriſtiano. De.
ſcio Leopolde tuorum Germanorum quoſdam
nõ obſcuri nominis id ipſum nuper diſſerere cœ
piſſe. Atq; equidem metuo,ne illa, de qua modo
dicebamus,querela ex iſtorum commercio nata
ſit,aut aliunde fortaſſe per tenui capite orta,hic
uires etiam atq; etiam adquiſiuerit. Alſon. tu ue-
ro Democrates quid ſentis, num fortis nobiliſq;
militis profeſſionem a chriſtiana doctrina putas
abhorrere? Nam & mihi accidit, quorundam

meorum contubernalium huiuſmodi quereis in
tereſſe, & in eam opinionem ſum ut uerum fate-
ar iampridem delapſus, non quod putem chri
ſtianis bella ſuſcipere habendum eſſe religioni,
tam ſæpe iuſtis, aut etiam neceſſariis, ut mihi q-
dem uidetur, ſuſcipiendi cauſis incidentibus, ſed
quoniam multa accidunt inuita, quibus interue
nientibus, uiro forti ſit neceſſe, aut famam, cu-
ius ipſi debet eſſe maxima cura deſerere, aut præ
cepta religionis negligere. Leop. Mihi quidem &
ob iſtas, & ob alias cauſas ſic prorſus uidetur;
nolo tamen quidq̃ temere aſſeuerare, ſed tu quid
Democrates arrides? & non potius rationem
contra, ſi quam habes, exponis? Demo. gau-
deo te Leopolde cautiorem, q̃ ſolebas eſſe factũ,
qui cum plane tuam ſententiam a dogmatis lu-
theranis non alienam, paucis protuliſſes, me-
mor tamen te non ſaxoniæ, ſed Romæ, & in ædi
bus põtificiis uerba facere, dictum notiſſima cau
tione, & tuorum quibuſdam familiari temperaſti
Leop. Omitte Democrates mentionẽ facere Lu-
theri, et culpam eius, ſiqua eſt, nobis exprobrare,
qui uim rationum in omni quæſtiõe, aut ſacrarum
litterarum teſtimonia, non cuiuſq̃ hominis au-
ctoritatem ſequimur. Demo. præclare uero no-
biſcum actum eſt, ſi non licet ut qui q̃ uir fortis
ſit, & idem chriſtianus, ſed hæc quæſtio maior, ut
uideo, facta eſt, quorundam ingeniis, q̃ ut paucis

queat explicari. Alfonſus. obſecro te Democra-
tes qñ in hūc ſermonẽ incidimus, & mihi uideris
non imparatus aut immeditatus, his de reb9 diſ-
ſerturus, ut nobis explices tuam ſententiã, & Leo
poldo uiro in philoſophia, & ſacris litteris exerci
tato, quem ad contradicendum paratum uideo
ſatisfacias, ſic enim mihi ſatisfactum fuerit, ho-
mini indocto, & uix q latinas litteras didicerim
ſed tua & doctrina, & rerum peritia, quid res hæc
habeat ueritatis edoceri percupido. Leop. Mihi
uero Democrates rem feceris perinde gratam,
qui huic opinioni non tam pertinaciter adhæſi,
ut ratione conuictus non ſim libenter ipſam de-
poſiturus, te præſertim auctore, qui ad ſtudia do
ctrinæ, rei quoq; militaris peritiam diuinum illũ
Socratem imitatus, ſic adiunxiſti ut mihi uide-
aris inter huius memoriæ magnos uiros excelle-
re. Demo. opus quidem erat maiore ocio & ani-
mo uacuo, cæterum difficile eſt, ſtudio ueterum
amicorum abnuere, præſertim colloquium po-
ſtulantium ad indagandam in re controuerſa, &
ad plurimos pertinente ueritatem, cuius inquiſi
tioni nullum negocium eſſe præferendum prin-
cipes philoſophoꝝ putauerũt. ¶ Age igit̃ Leo-
polde, ut morẽ diſputãdi Platonicũ teneamus,
causã expõe, cur tibi militia cũ religione chriſtia-
na tãtope pugnare uideat̃. Ego quæ mihi cõtra
uidebũt̃, nã te i magno erroꝛ uerſari certũ habeo

ſiam conabor explicare. Leop. Primum omnium quia ut paulo ante dicebam, bellum omnino gerere, chriſtianis inſtitutis, iureq; diuino uetamur. Demo. contra ius ergo diuinum geſſit bellum Ioſue, & præter legem diuinam bello perſecutus eſt tot reges, & ciuitates, dum nouas ſedes populo Iſraelitico pararet. At raro, atq; haud ſcio, an nũq̃ prælium iniuit in iuſſu dei, a quo etiam, ut ſolem, lunamq; ſiſteret, dum ſuos hoſtes ulciſceretur pugnãs cum amorreis impetrauit ut pleraq; alia
Ioſue. C. 10. bella, quæ a Dauid, quæ a Machabeis, quæ a ceteris electi populi præfectis iuſſu, & ope dei geſta ſunt, taceantur. Leop. quem Ioſue, quem Dauidem, quos tu mihi Machabeos narras? Iudæos homines, & memoriæ peruetuſtæ, de chriſtianis quærimus, & lege utentibus euangelica, nõ de hebræis, quos ſcimus ſanguinolentos fuiſſe, & quibus cum chriſtianis nihil eſt hac in parte cõmune. Dem. Chriſtianorum igitur deus alter eſt, ac iudæorum. Leop. Deum qdem uerum eſſe, atq; eundem omnium gentium, rerumq; omnium cõditorem, & gubernatorem confitemur. nam idem dominus omnium, ut inquit paulus, & di-
AdRo. 10. ues in omnes qui inuocant illum. ſed præcepta, & leges alias/aliis datas eſſe nemo ignorat. Itaq; iudæis per legem belligerare licebat, chriſtianis non item licet. Quid eſt enim quamobrẽ pugnare debeat, qui uiolento non reſiſtere, ſed dextra

gena

gena colapho accepto, álterã cedendã exponere, Matth. 5
& tunicam ſpoliare conáti pallium ẽt dedere, ab
ipſo Chriſto iubet̃ ? a quo cum Petrus rephenſus
ſit, q̃ aduerſus ipios & ſceleratos p inocẽtiſſimo
dño ſtrinxit ferrum, q̃ poterit eſſe cã poſt hac, ut
hõ chriſtianus iniuriã iniuria repellat ? qui ne pluri
bus agã ſuos hoſtes ẽt diligere pcipitur ? Demo.
Chriſtus igit̃ ueterẽ Iudæorũ legẽ aboleuiſſe, & p̃
cepta illis data penit⁹ antiquaſſe tibi uidet̃ ? Leo.
Nõ mihi quidẽ ſolũ, ſed cum aliis pleriſq;, tum ẽt
paulo, q in epiſtola, quæ ẽ ad Galatas, nihil aliud
propemodum agit, q̃ ut ueteris legis obſeruatio
nẽ pniciosam ẽt, nõ ſolũ inutilẽ eſſe doceat chri
ſtiano. Ex operibus inqt legis nõ iuſtificat̃ oĩs ca Ad Gal. 2.
ro, Et paulo poſt, ſi per legẽ, iuſtitia, ergo gratis
Chriſtus mortuus ẽ, & item, qcunq; ex operibus
legis ſunt, ſub maledicto ſunt, tota deniq; epiſto
la huc pertinet, ut lex illa, qua utebat̃ populus iu
dæorũ abolita eſſe intelligatur. Demo. Tu uero
Leopolde utri poti⁹ credendũ cẽſes, chriſti ipſi⁹
euãgelicæ pfeſſioni, an pauli, ſi qdq̃ ab eo diſcre
pare uideatur, epiſtolari doctrinæ ? Leop. Chriſti
potius uerbis, deus. n. ẽ, in quem nec error poteſt,
nec uanitas cadere, ſi paulus a chriſto diſſentiat,
ſed diſſentire nõ poteſt, idẽ ẽ. n. ſpiritus ſanctus,
q loquit̃ in utroq; imo & ipſe paulus chriſtũ in ſe
loq pfitet̃ his uerbis, an experimẽtũ quæritis ei⁹ 2. ad cor. xiii
q in me loqtur chriſt⁹ ? Dem. at chriſt⁹ i euãgelio,

non ueni inquit legem ſoluere aut prophetas ſed ad implere, Leop, at iſta ꝓfeſſio Chriſti non tantum non diſcrepat a doctrina pauli, ſed cum ipſa congruit ēt ad amuſim. In ueteri enim teſtamento, quod legem & ꝓphetas appellamus, pleraq; omnia erant uelut imagines, & figuræ ſeu uaticinia rerum futurarum, quibus rebus per Chriſtum perfectis, ac in ipſo euenientibus, datoq; nouo teſtamẽto, uetus cum ſuis legibus antiquatũ eſſe non poteſt dubitari. Nam rebus ipſis præſentibus, quis poteſt umbris, ac imaginib9 eſſe locus? Demo. certe nullus, ſed in ueteri teſtamento nullam rem expreſſam & ſolidam, ſed adumbrata cuncta, & meras imagines, aut prædictiones eſſe putas? Leop. fortaſſe cuncta. Demo. etiam ne leges illas, de quibus ẽ in Exodo, Non occides, nõ adulteraberis, non furtum facies, & cætera id genus præcepta, quibus tamen obſeruandis, parari uitam æternam, non uno loco, docet Chriſtus in euangelio. Leop. præcepta decalogi omnino ſunt excipienda, uigent enim in utroq; teſtamento. Demo. Nõ igitur omnia in ueteri figuræ ſunt, aut uaticinia, Leop. Quaſi uero ſimpliciter ipſe fuerim locutus, & omnia dixerim, nõ pleraq; oĩa; & cuncta fortaſſe. Demo. Laudo cautionem, ac unde didiceris intelligo, ſed cur ea potiſſimum uigent, cæteris abrogatis? An quia pertinẽt ad mores inſtituẽdos, & ſunt abipſa natura profecta?

Exo. 20.

Hoc enim & Auguſtino placet & Hieronymo, ut cæteros taceam doctiſſimos theologos. Leop. certe, non quod hieronymus ita ſenſerit, aut Auguſtinus, qui homines fuerunt & potuerunt errare, ſed quoniam id cum ratiõe cõgruit, & euãgelica doctrina. Demo. Non poſtulo Leopolde cum Hieronymi utor, uel Auguſtini teſtimoniis, ut ipſorum ſcripta pari fide, ac libros, qui canonici nominantur proſequaris, id enim facere, uel ipſo in primis Auguſtino auctore in epiſtola, quæ eſt ad Hier. uetamur, ſed magnorum uirorum, quorũ cum ſanctitate doctrina, & ſacrarum litterarum peritia nobilitata eſt, & eccleſiæ auctoritate probata dictis abſq; ſumma & manifeſta ratione refragari, uide ne non ſit hominis non modo perui cacis, ſed etiam impudentis. uerum hæc alias, redeo ad præcepta decalogi, quæ ſi uim ſuam idcirco in lege quoq; euãgelica retinere fateris, quoniam ut ſunt, ſic etiam habentur leges naturæ, ſi qua lex alia a iure itidem naturæ profecta eſſe reperiatur, qua ſanctos patres uſos fuiſſe conſtet in ueteri teſtamento, hanc a Chriſto abrogatam eſſe nonne per te fas erit exiſtimare? leges enim naturæ ad omnes homines, omneq; tempus ptinere, eruditiſſimorũ eſt conſenſus, certe paulus, ut turpe uiris eſſe doceret, comam geſtare, nihil aliud, q̃ naturæ legẽ ad corinthios ſcribens allegauit, & in epiſtola, quæ eſt ad Romanos, tantũ tribuit

Aug. vet. & no. te. q. 44. Hie. li. 2 cõt. pelag.

1. ad cor. xi. Ad Ro. 2.

naturæ legibus,ut in eis ad bene ſanctecꝫ uiuen-
dum gentibus lege uacãtibus ſatis dicat eſſe præ
ſidii,ut appareat, naturæ leges abſqꝫ temporis
diſcrimine diuinis eſſe annumerandas,leges enim
naturæ tanqꝫ ab immortali capite,fontecꝫ pere-
ni,manare conſtat,ab æterna lege,quam Augu-
Lib. I. de lib. arb. ſtinus dei uoluntatem eſſe definit, quæ ordinem
naturalem conſeruari iubeat,contracꝫ uetet per-
turbari. Leop. Naturæ leges Democrates nullis
necꝫ diuinis,necꝫ humanis iſtitutis abrogari poſ
ſe,ſatis eſt a te,me nihil refragante declaratũ, ſed
uideo nos a propoſito iam dudũ aberrare, utrũ
bellum gerere,quod mihi non uidetur,chriſtianis
ſit permiſſum,quærebamus,tu neſcio quo pacto
ſermonem ad naturæ leges auertiſti.

¶Demo. Age igitur Leopolde explica nobis,
utrum bellũ aliquod duce natura ſuſcipi putes,
an ſecus,et iam uidebis, nihil nos a ſcopo decli-
naſſe,ſi enim illud dederis,& conſtare nobis uo-
luerimus,qua ratione iudæis,eadem etiam chri-
ſtianis bellare permiſſum eſſe cõfitebimur,ſin ali
ter,aliqua tamen fundamenta ſuperiore ſermone
iacta fuerint,ad propoſitam quæſtionem diiudi
candam. Leop. mihi uero longe aliter uidet, bel-
la initio,præter naturam ab immanibus homi-
nibus,& certe ab iis,qui naturam optimã,regnan
di habẽdiqꝫ cupiditate:& ãbitione corrupiſſent,
orta eſſe ſic.n.traditũ eſt nobis a maioribus, ea-

déq; poſt nõ alia rõe ſuſcipi. Ego ne, quod eſt hu
manæ uitæ maxime pnicioſum, & pclaras ſæpe
ciuitates, ac optime inſtitutas regnaq; euertit,
hoc puté, duce natura adminiſtrari? id ad ſum-
mũ, in quo uincim⁹ beluarũ imanitaté? Quãdo. n.
leones cũ leonib⁹ bella geſſere? quãdo cũ tigrib⁹
tigres? Demo. bellũ igit̃ ad alterius iniuriam ſu-
ſcipere, cõtra naturæ legé eſſe dicis, ob eã opinor
cãm, qđ é iniuſtũ natura. Leop. ſic prſus exiſti-
mo. Dem. bella ergo natura iuſta, nõne iure natu
ræ ſuſcipi ↄfitebimur? Leop. certe, ſi iuſta ſit, ego
tñ nullũ bellũ natura iuſtũ ée cõtendo. nã qđ a le
ge diuina diſſentit, id quomodo poteſt cũ lege na
turæ cõſentire? Dem. q̃ uere, mox uidero, certe cõ
ſtãter reſpõdes. Sed iã qđ ſit natura iuſtũ cõſtitu
am⁹. & qđ uiciſſim iniuſtũ, ut hæc in bello cõſide
rãtibus, planius, qđ quærimus appareat, & ſi pla
cet Ariſtotelé ſummũ philoſophũ auctoré adhi-
beam⁹, q iuſtũ natura id ée definit, qđ ubiq; ha-
bet eandé uim, nõ qa ſic placuerit, aut ſec⁹. uides,
ut uerba illius ex qnto Ethicorũ Nicomachiorũ li
bro, ad uerbum expreſſerim. ne qđ auctore Cice-
rõe in qbuſdã rephẽdo, uerba græca, dũ latine lo
quor, inculcaré. Id porro ubiq; uim eandé haber,
docti uiri interp̃tant̃, qđ é tale ſpõte ſua, nõ quia
ſic placuerit legis latori cuipiã, aut alicui ciuitati.
exépli cã legatos comiter tractare iuſtũ é ſponte
ſua, eoſdem pulſare, uiciſſim iniuſtum, reddere

& negare depoſitum eodem modo, quod quia hominum conſenſu & uſu diiudicatur. idcirco ius gentium a iure peritis appellatur; eodem philoſopho auctore, qui alio in loco legem ciuilē uocat propriam, utpote unius gentis aut ciuitatis, naturæ uero, communem, qua ſcꝫ utātur oēs nationes. id comune iuſtum, aut uiciſſim iniuſtum eſſe declarans, quod eſſe tale omnes homines uelut diuinatione quadam naturali interpretātur. Nunquid tibi uideor recte quid iuſtum natura, quid iniuſtum ſit ſtatuiſſe? Leop. nō habeo, quid contra dicam. Nam quod omnibus uidetur, hoc uerum eſſe, facile philoſophis aſſentior, idq; iudicium eſſe naturæ, certum habeo. ſed iſto modo, uereor, ne nihil nobis iuſtum natura relinquatur. Quid enim tam iuſtum eſt, de quo in iudiciorum tam infinita uarietate, idem omnes homines, nō dico mundi, ſed unius ciuitatis eodem modo iudicent, cum etiam in rebus, quarum iudicium eſt in ſenſu, interdum ſit magna diſſentio, eundem cibum alio dulcē, alio diuerſum iudicāte. Demo. Eſto bono aīo Leopolde nam te iſto ſcrupulo facile idem Ariſtoteles explicabit, ut enim res dulcis, uel calida ſit, an ſecus, credimus ſenſui recte ualentium, nec mouemur, ſiquid contra uideatur ægrotantibus, ſic inquit ille, in bonis maliſq; reb9 diſcernendis, hoc eſt in uirtutibus ſtatuendis, ac uitiis bonorum iudicio ſtandum eſt, quorum mēs

Rhet. ad the. li. 1.

Ethi. 10.

Ethi. 3.

ſana,& animus habetur,non improborum, in quibus ægrotat utrunque,uirtus enim & uirtute præditus recte iudicat ſingula,eſt enim quaſi menſura,& expetendarum,fugiendarumque rerum certiſſima norma. Cum aliquid igitur hominum communi ſentẽtia honeſtum uel turpe,iuſtum aut uiciſſim iniuſtum eſſe dicimus,prudentium, ſtudioſorumque iudicia uolumus intelligi,non etiã perditorum,& prauis tum opinionibus tum etiam moribus corruptorum, nec ſi qua gens eſt adeo barbara, & inhumana,ut a ſenſu communi hominum aborreat. quamobrem iure cõſulti in definitione iuris gentium,nõ id ſimpliciter eſſe aiũt quo gentes omnes utũtur,ſed addũt et,humanæ. Ethi. 10.

¶ His igitur explicatis,ut quod quærimus appareat,iam mihi responde, utrum iniuriam in alios inferre non laceſſitum,ſed ſuis cupiditatibus ſeruientem,atque alios bonis ſuis ſpoliare, iniuſtũ putes ſpõte ſua. Leop. Certe ſiquid aliud. & quoniam id ſcelus bellis potiſſimum patratur, id circo bella contra naturæ legem eſſe dico. Demo. Quid iniuriam propulſare,& immerito laborantibus opem ferre?nonne eadem ratione ſponte ſua,hoc eſt natura iuſtum eſſe confitebimur? ut enim magnus orator,& idem philoſophus egregius ſcriptum reliquit,& poſtea e a diuo Ambroſio repetitum in eo libro,quem ipſe quoque de officiis inſcripſit, Qui non defendit,nec obſiſtit, ſi Cice. 1. offi.

poteſt iniuriæ,hic tam eſt in uicio, ꝙ ſi parentes aut amicos,aut patriam deſerat,unde duorũ magnorum imperatorum populi Romani in bello ciuili uoces plurimorum ſermone & approbatione celebratæ prorumperunt,quorum qui patriæ libertatem cum ſenatu contra ſceleratos ciues tuabatur,uerba quibus utitur in euangelio Chriſtus,
Matth. 12. uſurpaſſe traditur,qui non eſt mecum cõtra me eſt,alter,qui eidem patriæ ſeruitutem flagicioſiſſime moliebatur,ſui ſceleris cõſcius uiciſſim dictaſſe fertur,pro ſe eſſe,qui non eſſet contra ſe. iniuriam igitur,uel in ſocios,uel in nos, quibus nihil ipſis charius eſſe poteſt,illatam propulſare,eodẽ modo iuſtum eſſe dicemus ſpõte ſua. Leop. Mea quidem ſententia. Demo. Cum igitur bello legem naturæ uiolari,ſi ad alterius iniuriam ſuſceptum fuerit,fateamur, nõne idem iuſtum eſſe naturæ, lege confiteri neceſſe eſt,ſi ad uiolẽtorum iniuriã propulſandã,& innocentes defendendum ſuſcipiatur? Leop. iſta quidem ratione ſic uidet, ego tamen quid præceperit Chriſtus, & euangelicæ doctrinæ,de qua initio dixi meminero.nec Pauli monita huc pertinentia contempſero,qui non dico bella,ſed lites, quæ ſunt multo tolerabiliora mala, chriſtianis ad Corinthios ſcribens,his uer-
1. ad cor. 6. bis interdicit. Iam inquit omnino delictum eſt in uobis,quod iudicia habetis inter uos, quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis frau

dem

dem patimini? Chriſtus & paulus iniurias inimi-
cis nos condonare iubet, tu nos hortaris ad iniu-
rias perſequendas? quæ uera ſunt, non poſſunt
diſſidere, Aut igitur doce, hæc cum illis non pu-
gnare, aut cum Chriſti, & pauli dictis refragari
nefas ſit, deſine me tuis argutiis, ad iſtas naturæ
leges reuocare. Demo. æquiſſima uero conditio,
& quam ſane lubens accipio. ut ſumma igitur
paulo altius repetatur, utar, ſi tibi uidetur, pauliſ-
per oratione perpetua: tu interim, ſi quid diſpli-
cuerit, memoriæ mandabis, & poſtea tuo iure, &
arbitratu contradices, Leop. Mihi uero uidetur,
nec te quo ad uoles interpellabo.

¶Demo. Non te latet Leopolde multas maxi-
maſq; fuiſſe inter philoſophorum principes de
finibus bonorum, & malorum diſſenſiones, aliis
alio ſummum bonum, ſummumq; malum metiẽ
tibus, legiſti enim opinor, quinq; illos libros, qui-
bus hanc quæſtionem Cicero, neſcio doctius, an
elegantius, eſt complexus, Et quid ſcripſerit eius
æqualis Marcus uarro, doctiſſimus Romanorum, Lib. 18.
& quo proceſſerit huius ratio ueterum ſentẽtias
enumerando non ignoras, Quanq; enim omnes
huius de philoſophia libri, iniuria temporum in
terciderint, multas tamen eius ſententias, & eas in
primis, quæ hunc locum attingunt, diligẽter per-
ſequitur Auguſtinus in libris, qui ſunt de ciuita-
te dei, Sed cæteris opinionibus magno doctorũ

hominum conſenſu olim exploſis nemo fere iam
pridem eſt, quin peripateticorum, & Ariſtotelis
ab ſtoicis & ueteri academia uocabulis magis,
q̃ rebus diſſentiẽtium diſciplinam, ut in reliqua
philoſophia, ſic in hac quæſtione, cæteris philoſo
1. & .x. ethi. phis anteponat. Peripateticorum porro de ſum-
mo bono ſententia notiſſima tibi eſt, & cun-
ctis, qui Ariſtotelis libros de moribus legerunt, in
uſu uirtutis poſitum eſſe finem bonorum, quem
ipſe iam ſummum bonum, interdum felicitatẽ
appellat. a quo uirtutis uſu, quoniã interdum ad
uerſa ualetudine, alias excludimur egeſtate, id cir
co & corporis, & externa bona, ſuppetere aiunt
oportere, quibus utimur partim, ut inſtrumentis
ad fungendas uirtutes, partim ut rebus neceſſa-
riis, ad uitam liberaliter degendam. Sed cum ſit
Ex. 10. ethi. duplex uirtus, altera διανοητικὴ, altera ἠθικὴ græ-
ce nuncupata, latine autem, ut uideo intellectua-
lis, & moralis conſueuit appellari, in alterutrius
uſu ſatis eſſe præſidii, putant peripatetici ad be-
ne beateq; uiuendum, ſed eos tamen beatiores ẽe,
qui cognitiõi ueritatis uacant, & optimarum re-
rum contemplationi, quanto ſcilicet intellectus
cæteris animi partibus, ac res diuinæ humanis
habentur præſtantiores. Diſſerit autem Ariſtote
les de ea felicitate, quæ poteſt in hominem mor
talem cadere, non de illa, quæ ut eſt, ſic uocatur a
theologis æterna uita, quã efficit clara, apertaq;

dei contemplatio,ſic enim Chriſtus patrem allo-
quitur, Hæc eſt uita æterna,ut cognoſcant te ſo- Io. 17.
lum deum uerum,quod nemini datum eſſe con-
ſtat in corpore mortali,præter Chriſtũ, demoſe,
& paulo quærentibus eruditis. Nunc enim uide-
mus,ut teſtatur paulus,per ſpeculum in enigma- i.ad cor.xiii.
te,tunc autem facie ad faciem,cunq; apparuerit,
ſimiles ei erimus, & uidebimus eum ſicuti eſt.
quanq; ne hanc quidem felicitatem philoſophus
intactam reliquit, niſi q ipſam non hominibus
tribuit,ſed diis immortalib9,quos ſemper tradit 10. Ethi.
eſſe beatos, ut igitur ſummorum philoſophorũ
ratio uitam ſapientium,qui dei uitam,quatenus
mortalibus eſt datum æmulantur, cunctis præ-
fert longo interuallo,eos tamen, qui in reip. aut
eius partium adminiſtratione cum uirtute ſunt
occupati,a felicitate non excludit,ſic chriſtianis
intelligere oportet,duplicem eſſe uiuẽdi rationẽ,
utramq; honeſtam & religioni cõſentaneam, ſed
quarum altera longe alteri præferatur. Hanc du
plicem uitam,ne longius abieris, Chriſtus ipſe Luc. 10.
non obſcure in duabus ſororib9 Martha & Ma-
ria ſignificauit,eiuſq; diſcrimen aperuit. In Mar
tha enim,quæ hoſpitẽ Chriſtum liberaliter exce
pit,& ſedula in eam curam incumbebat, ut beni-
gne ipſum, ac ciuiliter tractaret, quid aliud in
telligimus,q̃ eorum uitam,qui colendis morum
uirtutibus ſe dedunt,& rebus agendis accõmo-

dant. Nã in Maria, quæ ſedens ad pedes domi
ni, uerbis eius erat intenta, philoſophantium, con
templantiumq; uita, haud dubie ſignificat. Cui
quoniam Martha multorum errorem ſecuta, ui-
tam ciuilem præferebat, dum ſororis ociũ apud
Chriſtum incuſaret, ſic eius expoſtulationi Chri-
ſtus occurrit, ut utranq; uitam honeſtam eſſe do
ceret, ſed contemplantium multo præſtãtiorem.
Nam Martha Martha inquit ſollicita es, & tur-
baris erga plurima. Porro unũ eſt neceſſarium,
Maria optimam partem elegit, quæ non aufere-
tur ab ea. quaſi diceret; qui in re gerenda uerſan
tur, ac ſtudent honeſtarum rerum adminiſtratio-
ni, ut Martha hos, quanq; ipſorum uita laudan-
da eſt, nam cum uirtute humanis tum neceſſitati
bus ſeruit, tum etiam commodis, tamen multis
ſæpe ſollicitudinibus implicari, & turbulentis cu-
ris angi neceſſe eſt. Qui uero Mariam imitantes
inueſtigandæ, ueritati: & diuinarum rerum conté
plationi uacant, horum uita tranquilla, & ſerena
eſt, atq; longe perfectior. quippe cũ eam, quo ad
licet, æmuletur, quæ iuſtos & amicos dei uere be-
atos, cum ex hac uita migrauerint efficiet. Sed
unum eſt inquit neceſſarium, alterutrũ enim, uir-
tutem morum: aut intellectus colere neceſſe eſt:
ut recte uiuatur. Nam qui utraq; neglecta uecor
diæ ſe: ac turpitudini dederit: is non dico a chri-
ſtianorum, ſed ab hominum conſortio repelli: ex-

terminatiq; debet. Nam ſiquis forte tam ſtupi-
dus eſt, ut putet Marthæ officiũ, ac liberale opus,
a Chriſto fuiſſe improbatum, legat Auguſtini li
bellum, quem ſcripſit de uerbis domini, ubi hunc
euangelii locum enarrat, & quantum ſententia
fallatur intelliget. Quid ergo inquit putemus, re-
præhenſum eſſe miniſterium Marthæ? quam cu- Aug. de ver. dñi.
ra hoſpitalitatis occupauerat, quæ tanto hoſpi-
te lætabatur? Hoc ſi uerum eſt, omittãt homines
egentibus miniſtrare, uacent uerbo, occupentur
circa ſcientiam ſalutarem, nihil eis ſit curæ, quis
peregrinus in uico ſit, quis egeat pane, ualeant
opera miſericordie, inſtent uni ſcientiæ. Non er-
go dominus opus repræhendit, ſed munus diſtin
xit, ſequitur enim, Maria optimam partem elegit
quæ non auferetur ab ea, non tu malam, ſed illa
meliorem. Hæc Auguſtinus. Sed apertius etiam
Gregorius ſeſe huius ſententiæ grauiſſimum au-
ctorem exhibuit, cuius uerba ea ſunt in moraliũ
vi. libro. per Mariam, inquit, quæ uerba reſidens
audiebat, cõtemplatiua uita exprimit. Per Mar
tham exterioribus obſequiis occupatam actiua
uita ſignificatur, ſed Marthæ cura non repræhé-
ditur. Mariæ uero laudat, quia magna ſunt acti-
uæ uitæ merita, ſed cõtemplatiuæ potiora. Vtra
q; igitur uita, non modo doctiſſimorum homi
num, ſed Chriſti dei iudicio probanda eſt, & ho-
mine chriſtiano digna. Contemplatio tamen lõ-

ge anteponitur actioni. Neq; uero ſolum probã-
da ea uita eſt, quæ in rebus agendis uerſatur, ſed
ad hominum naturalem ſocietatem tuendam ne
ceſſaria. & hic fortaſſe commodiſſimus, & ger-
manus eſt intellectus uerborum Chriſti dicentis,
porro unum eſt neceſſarium. Nam cum duas in-
ter ſe uiuendi rationes compararet, unum. i. earũ
alteram uitam, quæ rei gerendæ accõmodatur, ne
ceſſarium eſſe dicit ad uitam degendam. Nam ſi
ut Maria, item Martha rerum ad conuiuium ne-
ceſſariarum omiſſa cura, nihil aliud, ꝙ audiendo
Chriſto, eiuſq; doctrinæ uacaſſet, quis famulis, &
ancillis non ſuppetentibus cibos coxiſſet? quis
menſam inſtruxiſſet? quis cætera ad cænam ne-
ceſſaria paraſſet? Chriſtoq; & apoſtolis recumbẽ
tibus miniſtraſſet? Vt hæc igitur munia, quibus
nobis tota rerum agendarum ratio ſignificatur,
neceſſaria ſunt ad priuatos, & paucorũ uſus, ſic
ad mortalium cœtus, hoc eſt ciuitates conſeruã-
dum, plurimos eſſe neceſſe eſt, qui Reip. præſint
Reges, Conſules, Prætores, Senatores, Ediles, &
cæteros pro cuiuſq; reip. forma magiſtratus: ad
de bellorum, ſi extiterint, imperatores, legatos, tri-
bunos militum, cẽturiões, & reliquos præfectos.
ſed quanꝗ hæc uita honeſta eſt, & maxime neceſ
ſaria, illa tamen quam elegerat Maria, dum uaca
ret contemplationi perfectior eſt, & præſtantior.
Nam & artium ac diſciplinarum, non ut quæq;

maxime neceſſaria eſt ad uitam degẽdam, ſic habetur præſtantior, iſto enim modo piſtorum, coquorum, textorum, ſutorumq; artes primum ſibi locum iure neceſſitatis uendicarent, ſed contra ſe ſe res habet, & quanto minus doctrina quæq; neceſſitatibus, aut commodis humanis ſeruit, tãto cæteris, doctiſſimorum hominum iudicio præſtat. Prima enim philoſophia, quæ eadem theologia nuncupatur, idcirco habetur omnium ſcientiarum nobiliſſima, quoniam non in rebus neceſſariis, aut utilibus humano generi uerſat᷑, ſed maius quiddam & ſublimius ſpectat: in cognitione ueritatis, & contemplatione diuinarum rerũ occupata, qua propter philoſophus hanc eſſe nobiliſſimam ſcientiarum præfatus, omnes igitur inquit ſunt hac magis neceſſariæ, præſtabilior uero nulla. Cum ergo neutra uiuendi ratio ſit per leges chriſtianas interdicta, utriuſq; præcepta, & a chriſto in euangelio, & ab apoſtolis tradita ſunt in epiſtolis, partim neceſſaria, eademq; ſufficientia ad recte, & ex chriſtiana religione uiuendum, hæc autem ſunt decalogi præcepta, ad quæ naturæ leges omnes referuntur, & quibus uita ciuilis contenta eſt, partim commodiſſima ad uitã alteram perfectiorẽ degendã, ad quam Chriſtus, & apoſtoli non uerbis ſolum, ſed multo etiã magis opere, ac exemplo nos ad hortabantur, eius generis ea ſunt, quæ tu Leopolde paulo ante ex 1. Metaph.

euangelio,& Pauli epiſtolis obiiciebas,de contu-
meliarum,& rapinarum tolerantia & item de uniuer-
ſa ſubſtãtia diſtrahenda,& pauperibus largien-
da,de cælibatu,de uirginitate,quam præceptorũ
uim,& diſcrimen,ne ſine auctore locuti eſſe uidea-
mur,christus ipſe nobis,ut eſt in euangelio,aper
tiſſime declarauit.Qui cum in monte ſedens his
potiſſimum,& talibus monitis diſcipulos ad ſe,
deumque,quatenus licet,imitanda,adhortatus eſ-
ſet,ut ſe doceret,non leges dare,quibus præter-
miſſis,recte uiuere non liceat,ſed uiam mõſtrare
ad eam, de qua diximus,uitam perfectiſſimam,
illud adiũxit,eſtote ergo pfecti, ſicut & pater uẽ
Matth. 5. cæleſtis perfectus eſt.idemque rogatus a quodam,
quid boni faciens,uitam æternam conſequeretẽ,
Matth. 19. reſpondit,ſi uis ad uitam ingredi,ſerua mãdata.
rurſus de præceptis inquirenti,& nunquid noui
decalogo adderet,addubitãti:illis cõumeratis,nõ
homicidiũ facies,nõ adulteraberis,nõ facies fur-
tũ,nõ falsũ teſtimõiũ dices, Honora patrẽ & ma
trẽ,præceptũ charitatis adiecit,Diliges proximũ
tuum,ſicut te ipſum,quod cuncta decalogi præ
cepta complectitur,& in quo omnia (ut paulus
Ad Ro. 13. ait) inſtaurantur.Cum hæc ergo neceſſaria & in
eis ſatis uirium eſſe,ad æternam uitam obtinen-
dam docuiſſet:ſi uis autem inquit perfectus eſſe,
uade,& uende omnia quæ habes, & da pauperi-
bus,& ſequere me.Potuit ne Christus neceſſaria

præcepta

præcepta,quæ in decalogo continentur,apertius diſtinguere ab aliis,quæ quia non habent uim legis obligantis,ſed exhortatiõis ad meliorem, perfectioremq; uitam,idcirco conſilia magis,q̃ præcepta uulgo ſolent a theologis nũcupari, late patentem præcepti notionem ad legis dumtaxat intellectum anguſtius docendi cauſa reuocãtibus. itaq; male merentem male accipere iuſtitiæ eſt,iniuriam non repugnãter ferre perfectionis. Nam percuſſus dextra maxilla idcirco iubetur a chriſto,ſiniſtram præbere teſte Auguſtino,ut dum uicem non reddit malo perfectus ſit,quoniam reddere uicem:iuſtum eſt inquit,ſed non plenum. Si uero diſſimulet ab iniuria,plena iuſticia ẽ, & abũdans. Vt igit̃ in pauca cõferamus:quæ paulo latius,quo minus in re dubitationis relinqueretur explicuimus,uides ut bellum non modo non ſit contra legem diuinam, cum a fonte iuſtitiæ, ut ſæpe accidit: exoritur,ſed auctore deo ſuſcipiat̃. quod enim duce fit,ac magiſtra natura,id auctore deo fieri:ſatis:ut arbitror,eſt declaratum. deus enim,ut prima cauſa eſt uniuerſæ naturæ,ſic ordinem uiuendi a natura præſcriptum ſemper, in primiſq; teneri,& obſeruari uult, tantum abeſt, ut quicq̃ ſtatuat naturæ legibus aduerſum, Nullum eſt autem decretum nec iuſtius,nec quod natura magis uelit eſſe ratum, q̃ ut primum ſe ſe, ac ſua quiſq;,deinde ſocios,ſociorumq; libertatẽ

Aug vet. & no. teſt. q. 69

1 .ad Tim. 5. & commoda tueatur. Nã qui ſuorum, ut paulus ait, curam non habet, fidem negauit & eſt infideli deterior, ad quod præſtandum & improborum iniurias ꝓpulſandas, quæ bella ſuſcipiũtur, hæc magiſtra natura, deoq; duce ſuſcepta eſſe nõ putare, uide ne hominis eſſe uideatur, abiecto, maxime q; demiſſo animo, & prorſus in ui rerũ cognoſcenda caligantis. Nam culpare bella propterea q; quidam in eis immatura morte delentur, dum pacem quærunt, qui certe aliquando erant morituri, timidorum eſt, inquit Auguſtinus, non religioſorum. nocendi cupiditas, ulciſcendi crudelitas, implacatus animus, feritas rebellandi libido dominandi, & ſi qua ſimilia, hæc ſunt inquit, quæ in bellis iure culpantur. Ad quæ iure puniẽda aduerſus uiolentias reſiſtentium ſiue deo ſiue aliquo legitimo imperio iubente gerenda ipſa bella plerumq; a bonis ſuſcipiuntur. unde gregori⁹ in epiſtola ad milites neapolitanos, ſumma inquit militiæ laus inter alia bona merita hæc eſt, obedientiã reip utilitatibus exhibere, quid quod ſibi utiliter imperatum fuerit obtemperare. Ergo qua ratione Abrahamo, qui legibus naturæ uiuebat, & iudæis accepta lege fas iuſtumq; fuit belligerare, eadem chriſtianis bellum gerere fas eſt.

Contra Manich.

Ad Bonif. Noli (ait idem auguſtinus) exiſtimare, neminem deo placere poſſe, qui in armis bellicis miniſtrat, in his erat ſanctus dauid, cui dominus tam ma-

gnum perhibuit teſtimonium, in his etiam pluri-
mi illius temporis iuſti, in his erat ſanctus ille cen
turio, qui domino dixit non ſum dign9, ut intres
ſub tectum meũ. pacem inquit habere uolunta-
tis ẽ, bellũ autem eſſe debet neceſſitatis, ut libe-
ret deus a neceſſitate, & conſeruet in pace. ſub-
eſſe igitur debet iuſta cauſa, quod ita demũ fiet,
ſi bello nihil aliud quæſitum fuerit, q̃ pax, maxi-
ma ciuitatum, ac ſocietatis humanæ cõſeruatrix,
& in qua tuenda uita ciuilis, tota prope modum
eſt occupata, nimirum in Rep. recte, ac ſapienter
inſtituta.

¶ Quod uero in caſtigatione petri iniuriã a chri
ſto armis ꝓpulſare conãtis argumentũ ẽe putas,
nõ licere chriſtianis aduerſus impioꝶ uiolentia
armis ſe defendere. & uim ui repellere, uideris mi
hi illum euangelii locum, aut oblitus eſſe, aut non
perlegiſſe, Caſtigato enim petro, caſtigandi cau- Matth. 26.
ſa ſubiungitur, an putas inquit, quia nõ poſſum
rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo
pluſq̃ duodecim legiones angelorum? quomo-
do ergo implebuntur ſcripturę, quia ſic oportet
fieri? Itaq; non legem in eo ſanxit, omni naturæ
repugnantem, ne liceat improborum iniuriam
ui, ſi aliter non dat́ propulſare, ſed imprudentiã
eius caſtigat, qui chriſtum putaret, inuitum ad
necem thahi, a qua eſſet humana ope, qui ange-
lis imperare poterat, eripiendus & non potius

ſponte ſua,ut prædictum erat prophetarum ua⸗ticiniis ex decreto trinitatis.ſi.n.chriſtiana diſci⸗plina,ut ait Auguſtinus, omnia bella culparet, hoc potius militibus cõſilium ſalutis petentibus diceretur,ut abiicerẽt arma,ſeq; militiæ omnino ſubtraherent,nũc autem dictum eſt eis a Bapti⸗ſta Ioanne,neminẽ conquuſſeritis,nemini calum niam feceritis,ſufficiat uobis ſtipendium ueſtrũ. Nam quod bellum tibi contra naturæ legem ui⸗deri dicebas, propterea quod nullæ beſtiæ, cum ſui generis animantibus bellum gerere uideatur, primum erras in eo,ſi putas,nullum eſſe ius na⸗turæ,quod non ſit idem hominibus cum cæteris animantibus commune. Quanq; enim ius natu⸗rale id eſſe,quod natura docuit animalia cũcta, iure conſultus definierit,eſt tamen ius alterum, quod quia rationis hominum generi,ſeu ſpeciem mauis appellari,peculialiter tributæ ui,& iudiciũ affectatur,idcirco ius naturæ,humanæ ſcilicet,& idem ius gentium,de quo paulo ante diſſereba⸗mus nuncupatur. Deinde animalia cætera non ꝓ tin⁹ a bellis auerſa uideri debent,ſi raro quæ sũt in eodem genere,aut nunq; pugnant inter ſe. Ha bent enim pleraq; omnia ſuos hoſtes,ſed in ſpe⸗cie diuerſa. Non gerunt bellum tigres cum tigri⸗bus,at gerunt canes cum lupis,his pecori iniuriã & necem hoſtiliter molientibus,illis innata qua⸗dam amicitia,& quaſi iuſtitia depellẽtib⁹. Quid

In epiſt. ad marcellinũ.

Luce. 3.

uaccæ? quid equæ? & mulę? quid ſues? ut cæteras taceam id genus animantes, nonne luporũ ipſæ, aliorumq́ maleficorum animalium cateruas adeſſe ſentientes, ſe ſe duce natura, in orbem uelut infeſtam aciem inſtruentes colligunt, & paratæ ad pugnã in excubiis nonnunq̃ pernoctãt? & irruentibus hoſtibus ualidiſſime repugnant, ſe ſuoſq́ fœtus, cornibus, dentibus, calcibus, prout quæq́ armata eſt a natura, quoad uires ſuppetunt, commiſſo certamine defendunt. Itaq́ non ſolum ratio, ac prudentium hominum cõſenſus, moſq́ coætaneus hominum memoriæ, bello iniurias a ſe, & iis qui ſuæ cuiuſq́ curæ, fideiq́ commiſſi ſunt, propulſare iuſtum natura eſſe docet, ſed etiam uis innata, quæ cæteras animantes ad ſe ſuaq́ tuendum, ac defendendum impellit. Vt non incommode homines iniuſtos cædibus & rapinis ſtatum reip. perturbãtes, pacem bonorum ſollicitãtes, tã q̃ lupos eſſe dicas, & malefica animalia, ciuitates & populos, quaſi pecus & armẽta, reges & principes, uelut paſtores, præſidia militum, ceu canes pecuarios. Quam ſimilitudinem priſcis etiam poetis, & philoſophis placuiſſe in primis animaduerti. Homerus enim, qui ſolet pater omnium doctrinarum appellari nõ aliter fere principes uocat, q̃ paſtores populorum & in ueteribus ſacrarum litterarum monumẽtis Eſaias, Hieremias, cæteriq́ uates, ad eas res ſi-

guificandas, uix aliis nominibus utuntur ſed qd profana, aut priſca teſtimonia commemoro? cũ euangelicam doctrinam, & chriſtum ipſum au-
Ioan. 10. ctorem habeamus? qui ſe bonum paſtorem, homines, pro quibus animam poſuit, oues & gregẽ, fraudulentos porro & nocentes, lupos rapaces paſſim appellat in euangelio. vt igitur paſtoris eſt officium, gregem prudẽter paſcere, & cum res poſcit, lupis, cæteriſq; feris inſidiantibus, aut officientibus pecori, ſe ſe atq; canes opponere, ſic principis partes ſunt, non ſolum ciuitatis ocio conſulere, & populos ſuos in officio ſine aliorum iniuria æquabili iure continere, ſed etiam improborum hominum iniuriis, quæ ſæpe exiſtunt, ui & armis, ſi aliter non datur reſiſtere, ſiue priuatim inter ciues legibus neglectis, ſiue publice ab externis hoſtibus inferantur. Nam qui hoſtibus ingruentibus per ignauiam cedit, nec ſtrenue manu coacta cunctis opibus atq; uiribus, uel cum uitæ ſuæ diſcrimine repugnat, nec res iniuſte ablatas repetit, pœnaſq; ſumit de ſontibus legitimas, hæc enim fere ſunt iuſtiſſimæ cauſæ belli gerẽdi, is non principis officio fungit', ſed populos ſuæ fidei commiſſos ſceleratiſſime prodẽs, ſimillim9 eſt mercenario, quem chriſt9 maxime damnat in
Ioã. 10. euangelio. Nam mercenarius inquit, qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, uidet lupũ uenietẽm, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit

ac diſpergit oues. ego inquit ſum paſtor bonus, & animam meam pono pro ouibus meis. Epiſcopꝰ ergo, q Chriſtum optimum: & ſummũ paſtorem, ac eius apoſtolos, hac in parte poſcente officio uoluerit, ut uelle debet, imitari, quoniam eius præfectura, & quaſi regnum ſpiritale eſt, cõtra improborum peccata: & hæreticorum impietates ſe ſe primum: deinde ſuos quaſi legatos, & centuriones telis apoſtolicis armabit, Innocentia modeſtia, temperãtia, ſanctitate, ut exemplo, itẽ egregia quadam doctrina, ut eſſe poſſit crimina caſtigare, & praua dogmata re arguere. Arma enim noſtræ idest apoſtolica militiæ non carnalia ſunt inquit paulus, ſed potẽtia deo ad deſtructionem munitionum conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſciẽtiã dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium chriſti, & in promptu habentes ulciſci omnem inobedientiam. quæ arma ſi a pertinacibus negligentur, coercebit eos etiam uinculis. deſperata porro ſanitate, ultima præſidia petet a legibus eccleſiaſticis, & ciuilibus, quibus iuſtiſſime hæreticorum pertinacia uindicatẽ. quorum ſcelus tanto eſt reip. pernicioſius, & acrius uindicandũ, q̃ prædonum, & graſſatorum, quanto pietas & religio externis bonis anteferẽ. Princeps autem, quem maxime uellem, nõ minus uirtutibus, q̃ honoribus & dignitate cæteros excel-

Ad tit. 1.

2. Ad cor. x.

ctus eſſet, quod deo ſciebat eſſe pergratum. Qui, ergo bella cupit a mentibus hominum aboleri, rem cupit optimam, & omnium maxime humano generi ſalutarem, ſed tunc iubeat bonos, iuſtoſq; uiros, arma in alios uſus uitæ humanæ neceſſarios conflare, cum iniuſtitiam & ſcelus penitus a facinoroſorum animis extirpauerit. Niſi.n. lupos ſuſtuleris & malefica animalia, nunq̃ paſtori perſuadebis, ne utatur præſidio canũ. Hoc enim eſſe principis officium, & ciuilis uitæ rationi conuenire, chriſti euangelica uerba declarant apertiſſime. qui licet ipſe perfectiorẽ, ſpiritalemq; uitam delegiſſet, & propterea rogatus, an rex eſſet, ſuum regnum non eſſe huius mundi reſpondiſſet, illud tñ adiecit, ſi ex hoc mũdo eſſet regnũ meum, miniſtri mei utiq; decertarent. Niſi forte tam ſtupidi, & in rerum intelligentia tam plũbei ſum9, ut putem9 a chriſto damnata fuiſſe regna & principatus ciuiles, ab hominib9 duce natura, uel a deo potius conſtitutos. Non eſt enim poteſtas, ut teſtificatur Paulus, niſi a deo, & quæ ſunt, a deo ordinatæ ſunt, at Chriſt9 deo, quæ dei, Cæſari hoc ẽ regib9 & ꝑncipib9, q̃ Cæſaris ſunt, reddi iuſſit. nec iuſſit tantum, ſed ẽt tributũ, ſtatere dato, pro ſe ſoluit, atq; Petro. quamuis ipſe liber eſſet, ac immunis. Ne ſi tribuere poſtulatus recuſaſſet, cæteris exemplo noceret. qui factum Chriſti, quem fas eſt, quoad licet imitari,

Ioañ. 18.

Ad. Ro. 13.

Marci. 17.

Matth. 12.

ſecuti nihilo fortaſſe magis ſibi,q̃ ei pendẽdum
eſſe tributum ſtulte exiſtimaſſent. Cur porro
principibus tributa penduntur? Num ut mare
prædonibus infeſtantibus,aut dum hoſtes agros
rapinis,& maleficio deuaſtãt, ipſi deſides in um
bra fruãtur uoluptatibus,& ocia pacis pereunte
Ad.Ro.13. rep.ſupini & ignaui ſpecie religionis prætenta
cõſectent? ludebat igit paulus cũ principẽ nega
ret ſine cã portare gladiũ,hoc eſt armatorũ habe
re pſidia,quem tñ dei miniſtrum appellat,& uin
dicem iræ ad malorum conatus non magis,opi-
nor,intra,q̃ extra ciuitatem reprimendos. Nam
idcirco,ait tributa præſtatis,miniſtri .n. dei ſunt,
in hoc ipſum ſeruientes.quibus cum nos parere,
Ad Tit.3. ipſorumq; dicto, tum ad Romanos tum etiam
ad titum ſcribẽs audientes eſſe præceperit,puta
bimus ne,qui nos ad omne officium principib9
præſtandum adhortatur,hunc operam militarẽ,
ſæpe neceſſariam,& pro libertate patriæ, pro li-
bens & uxoribus,pro aris demum & focis ſuſci-
piendam excluſiſſe? aut aliter ſenſiſſe? q̃ petrum
Apoſtolorum principem,qui nos ſubditos eſſe
1.Pet.2. iubet omni creaturæ propter deum,ſiue regi qua
ſi præcellenti,ſiue ducibus tanq̃ ab eo miſſis, ad
uindictam malefactorum,laudem uero bonorũ
quod hec ſit uoluntas dei.

¶Nec.n.bellum iuſtum eſſe putatur, quod non
ſit principum aut magiſtratuum auctoritate ſu

ſcep tum, nec ſi quod fuerit cauſis neq; neceſſari-
is, neq; honeſtiſſimis, quales ſupra memorauim⁹
quæſitum. Itaq; non ſine magno crimine bellum
geri puto ab iis, qui contra chriſtianos operā ſuā
militarem locant principibus externis, cum qui-
bus nullam habent ſocietatem. eoq; magis, ſi de
cauſæ ipſorum honeſtate, quod plerumq; accidit
ambigatur. tales. n. tantum abeſt, ut bellum ge-
rant pacem ſpectantes, qui animus, adeſſe debet
iuſte bellantibus, ut hanc exoſi cupiant ēt gentiū
diſſenſiones & turbas. quod eſt omnino contra
uirtutē, et religionem. bello autem legitime ſuſce-
pto ad gloriam fortitudinis aliquid, ad iuſtitiā Aug. in Io-ſue. q. 10.
teſte Auguſtino, nihil intereſt, aperte pugnetur, an
ex inſidiis. ut. n. ait poeta, dolus, an uirtus, quis in
hoſte requirat? quando id non modo ab opti-
mis etiā uiris omni memoria factitatum eſſe cō-
ſtat, cum approbatione gētium, ſed in ſacrarum
litterarum monumentis legimus, fuiſſe a deo im-
peratum Ioſue bellum gerenti cum ciuitate hai,
ut inſidias tenderet oppidanis. Itaq; licet hoſtes
fallere, inſidiari, ſtratagematis circūuenire. loquor
enim de his artificiis, quæ more hominum, ac iu
regentium permittuntur, non de perfidia, & dolo
malo. Nam fides data, etiam hoſti bus eſt ſeruan
da, & pactis ac pollicitis ſtandum. Neq; uero ſo
lum cum externis, legitimiſq; hoſtibus iuſta bel-
la gerere conceditur chriſtianis, ſed etiam cū ſce-

temporibus bonum ciuem facere oporteat de-
clarauit, qui cum a principibus factionum mul-
tis in rebus cauſa reip. diſſentiret, & neutrius mẽ
tem plane probaret, bello tamen exorto non ſibi
quieſcẽdum exiſtimauit, ſed eas partes fouendũ,
quæ plus iuſtitiæ atq; honeſtatis habere uidebantur. bruto etiam dehortante, ad quem extat prudentiſſimum de hac re Catonis reſponſum

Summum brute nefas ciuilia bella fatemur,
Sed quo fata uocant, uirtus ſecura ſequetur.

& cætera, q̃ carmine uobis noto pſecutus ẽ lucan9. Nec mirum eſt Catonẽ integris uirib9 arma pro rep. contra impiorum conatus ſumpſiſſe, cum ſeſtius ætate decrepita, cui alterum crus fuerat in macedonia mutilatum, deferri ſe iuſſerit in caſtra pompeiana. cui cæteris ridentibus põpeius aſſurrexiſſe, occurriſſeq; traditur, magnũ teſtimonium & utiliſſimum exemplum ratus, ſi uiri ætate atq; uiribus exhauſtis ſecum pro libertate publica comune periculum ſubire cernerentur. Qua de re ſolonem athenienſium legis latorem cauiſſe, refert Ariſtoteles, ut qui exorta ſeditione populari, & ſciſſa in duas partes ciuitate, neutri ſe adiunxiſſet, hic bonis omnibus publicatis, mitteretur etiam in exilium. cuius legis hãc cauſam reddebat fauorinus philoſophus, ut bonorum uirorum ſemper ad pacem ſpectantiũ auctoritas, quæ initio non ſuffeciſſet ad naſcen

tem ſeditionem coercendam, ualeret ſedatis animis ad dirimendam, cum in conſiliis capiendis multo magis credatur ſociis de re communi conſulentibus, quàm alienis, quorum fides plerunque, orationeque ſuſpecta eſt. ſed huiuſmodi leges & præcepta in eas potiſſimum ciuitates conueniunt, quæ ſuis legibus uiuunt, & populari aut optimatum conſilio gubernantur. In regia uero rep. optimus & prudentiſſimusquiſque principis auctoritatem ſemper ſequetur contra ſeditioſos populos, ac ciues potentiores & turbulentos. Reges enim ac principes ſi boni ſunt, ſumma pietate coli debent, quaſi præexcellentes a deoque miſſi, ut petrus ait, ad uindictam malorum,
1. Pet. 2, laudem uero bonorum, ſin mali, omni patientia tolerari, niſi forte ipſorum peruerſitas, & prauitas tanta ſit, ut in apertam, ac indubitatam regni, aut religionis perniciem & euerſionem ſpectet. tunc enim publica ſalus, & uerus dei cultus unius hominis furori, ac impietati, præferri debet, potiorque & ſanctior haberi. obedire
Actu Ap. 5. enim oportet (ut petrus aiebat) deo magis, quàm hominibus: cætera uero principum, ac regum peccata patienter ferenda ſunt, & ad dei iudicium reiicienda. cui placet interdum populos ob ipſorum crimina iniquitate principum affligi. nulla eſt. n. poteſtas niſi a deo, ut paulus teſta-
Ad Ro. 13. Ad Tit. 3. tur, qui nos principibus obedire iubet, petro apo

ſtolo diſcolis etiam dominis parere præcipiente 1. Pet. 2.
hoc eſt difficilibus & iniquis: cuius rei clariſſimũ
habemus exemplum dauidis, qui cum eſſet rex
hebræorum diuina auctoritate deſignatus, tamẽ
ſaulem genti eidem præter legem diuinam, qua
iam erat iure regni priuatus imperitãtem, ſibiq;
infenſum ſemper eſt regia ueneratione proſecu-
tus, tantum abeſt ut ui, aut dolo tentauerit
ipſum de regno deiicere, & potuit paruo nego-
cio eundem cum ſpeluncam, in qua ipſe latebat, 1. Reg. 4.
ſucceſſiſſet, ſolum, & ſecurum adortus obtrun-
care.

¶ Nũ tibi uideor Leopolde difficultates, quib9
impediebaris, commode ſatis eſſe demolitus? an
adhuc heres in ſalebra, & ſupereſt etiam num, qđ
tibi uelis expediri? longioremq; orationem deſi-
deras: ad quorundam bellorum honeſtatem affe-
rendam? Leop. Ego uero democrates profiteor,
me oratione tua non mediocriter fuiſſe delecta-
tum, habet enim tanq̃ neruos, nec ſine lepore ad
hibet quaſi tormenta quædam ad extorquendã
ueritatem. Itaq; tibi prorſus aſſentior, iuſte ſuſci-
pi nonnulla bella, eademq; a legibus euangelicis
non abhorrere: niſi ſiquid contra uidetur Alfon-
ſo. Alfon. Mihi uero nunq̃ fuit dubitabile: quin
multa bella iuſtiſſime: & chriſtianæ religioni con
uenienter gererentur: non ſolum ad repellen-
das iniurias, aut res ablatas repetendas ſumen-

daſq; de ſontibus pœnas ſed ad ſubiugandos impios, qui pacem noſtram ſollicitant, & chriſtianæ religionis hoſtes, qui piis excidium, aut ſeruitutem moliuntur debellandos, qualia multa geſſiſſe memorantur optimi, & in primis religioſi principes, Conſtantinus, & Theodoſius Romanorum Imperatores, & cum alii multi reges hiſpanie, tum in primis Fernãdus, & Alfonſus, quorum alter bonus, alter ſanctus ex argumento fuerunt cognominati, ac ut cæteros principes uiros omittam, Rodericus cidus, cuius neſcio glřa bellica, an ſanctimonia magis ſit noſtrarum hiſtoriarum monumentis nobilitata. quibus traditum eſt, his cum impiis ſaracenis depugnantibus multa etiam edita fuiſſe miracula, piam honeſtatem talium bellorum ſignificantia. ſed tu mihi democrates, quæ nunq̃ dubitaueram magnis rationibus confirmaſti, ut Leopoldo bellum omne ſtudioſe: ut uideri poterat, chriſtianis iterdicẽti, aut in hoc certe nimis ſcrupuloſe differenti ſatisfaceres, quod ſcire cupiebam de rebus priuatim interuenientibus, quæ militarem uiuendi rationem, a chriſtiana diſciplina uidentur excludere, nihil hactenus cum iam deãbulando defeſſi. explicaſti Demo. Queſtio hæc Alfonſe, quã de cõſenſu militiæ cũ chriſtiana religiõe tuo rogatu differendã ſuſcepimus, tam multiplex eſt, & uaria, ut nec paucis uerbis poſſit, nec uno collogo

definiri

definire. Hodie igitur de bello, quæ pars primũ erat expedienda, diſputauimus, cras hic, aut in hortis põtificiis cætera, ſi uide bitur, & ocium erit perſequemur.

LIBER SECVNDVS.

POſtera igitur die, q̃ illa fuerãt diſpu tata, mane cum pontifex maximus, ut ſæpe ſolebat, in eos hortos, quib9 eſt nomen ab ameno conſpectu ſe ceſſiſſet, primus omnium democrates uenit, ut quemadmodum pridie conuenerat, ſermonem repeteret, cum pontifice de rebus bellicis inſtitu tum, nec multo poſt Leopoldus adeſt. Alfonſus enim poſtremus omnium aduenit, ſimul ut ualetudine non dum confirmata, uitaret matuti nam uaticani aeris intemperiem, ſimul ut co mitatum augeret Maii oratoris Cæſarei, quo in teruenięte democratis cum pontifice colloqum eſt ſolutum. Cum igitur illi a turba receſſiſſent, ſeq; amice de more conſalutaſſent, breui primũ de rebus nouis ſermone collato, iam enim rumor increbeſcebat, pontificem, ac Cæſarem, colloquẽ di gr̃a Bononiam iterum conuenturos, miſſa in quit Alfonſus iſta faciamus, redeamuſq; ad he ſternam diſputatiõem ſedentes tamen: ſi uidetur: in his quæ opportune adſunt ſubſeliis, ſic enim

bebo gratias,credo item & Leopoldo rem fore pergratam qui mihi heri uidebatur his quoq; rebus nō nihil commoueri. Leop. Mihi uero gratius nihil poſſet contingere. Demo. Dabo equidem operam,ut uobis morem geram. Sed ãteq; ad argumenta per uos allata reſpōdeo , ut uia & ratione philoſophemur,neceſſariū eſſe puto,aliqua de uirtutibus eis diſſerere, quibus potiſſimū miles prudentium iudicio commendatur, ut his, contrariiſq; uiciis perſpectis , quod ſit officium boni militis,qd ab eo diſcrepet ītelligat̄. Laus.n. uirtutis eſt,& quo efficitur res quæq; bona,id uirtus a philoſophis nuncupatur,in hominibus quidem ſuo nomine,in cæteris rebus per ſimilitudinem,ac tranſlationem. Nam bonus magnes dicitur & bonus equus,cum hic bene currit,ille ferrum bene allicit,& hæ uirtutes ipſorum appellantur,bene nãq; ſua uirtute,ut tradidit Ariſtoteles, res quæq; perficitur. Cum igitur bonum gubernatorē dicamus, ſiquis bene & ex arte dirigat nauigium,bonum patrem familias , qui recte curā gerit rei familiaris,& cæteros eodem modo , quā demum uirtutem ab eo poſtulabimus, qui ſe uelit,& eſſe,& bonum militem appellari? Alfon. Homines prudentiſſimi,q rei militaris præcepta literarum monumētis tradidere,multa præcipiūt obſeruari in milite deligendo. Qua enim regione ortus quiſq; ſit,intereſſe putant,temperatas cæ

Ariſt. 1. eth.

1. Ethi.

tæris omnibus anteferentes,quales eſſe aiũt,quæ quarto,& quinto climate continẽtur. Nam quæ ad ſeptentrionem propius accedunt,in his robuſtiores quidem animos,& magis intrepidos, ſed tardiora ingenia prouenire,ad meridiem contra intelligentia præſtantes homines,ſed infirmiores animis ad ſubeunda pericula generari, ad medium autem homines naſci, utraq; re quantum ſatis eſt ualentes,qui nec in conſiliis capiendis intelligentia:nec in ſubeundis periculis animo deficiant,quorum alter ſine altero plane infirmus eſt ad bella gerenda. Præterea in corporis habitudine magna eſſe momenta conſcribunt. Nam ſtaturæ proceritatem:latitudinem pectoris, membrorum agilitatem plurimum ſpei dare, roboris & uirtutis confirmant. Demo. Iſta Alfonſe ſigna ſunt hominis bellicis muneribus accomodati, & quidem nec uana,nec contemnenda. Nam quæ ciuitates rerum potitæ ſunt,has fere uti cœlo tẽperato nemo ignorat, ut Athenas, ac Lacedemonem in græcia,& in Italia Romam, quæ omnium maxime longe lateq; terrarum imperium tenuit. Item quorum uirorum bellica uirtus maxime nobilitata eſt,horum pleriq;& procero corpore,& lato pectore fuiſſe traduntur, ut Homero auctore,cum alii proceres in bello troiano, tũ maxime Aeneas & Hector ex troianis,ex græcis, tælamonius Aiax,& Achilles,quales Ex Roma-

norum principibus Iulius Cæſar, & Traian9 Latinis hiſtoriis fuiſſe memorantur. Alfon. His ego addam non uetera, nec aliena, ſed meæ memoriæ meæq; gentis exempla clariſſimorum uirorum, qui bellis italicis claruere. Tales enim fuere Gonſalus magnus, Iacobus mendoza, Ioannes urbinas, ac ut cæteros taceam, Iacobus garſias cognomento paredes, cui ſi corporis & animi robori, par ingenium, & mentis ualetudo contigiſſet, nemo ſub Gonſalo magno meruit ſtipendiū, quanq; ex eo militia multi præſtantiſſimi uiri uelut ex equo Troiano prodierunt, qui iuſtius hominum conſenſu tali imperatori ſucceſſiſſet, nūc autem, ut audio, pene miles ſequitur Carolū Cæſarem, ab ipſo in militiam ex Hiſpania reuocatus, nec ſenex deſinit magna documenta uigentis adhuc uirtutis, cum admiratione omnium exhibere. Demo. Oportune tu quidem, & merito tales tantoſq; & duces, & milites in exemplum attuliſti, poteras & ſummos uiros ex italis, gētib9 q; aliis commemorare; quorum bellica uirtus his quoq; & bellis, & temporibus enituit. Sed quanq; tales regiones, & uiri aptiores eſſe putentur, ad bella gerenda, tamē extra illam etiam, de qua loqmur, quæq; maxime probatur locorum temperaturā, populos eſſe certū eſt, fortes ſimul, & in obeūdis adminiſtrādiſq; bellicis munerib9 prudētes, Carthagineſes .n. tertio climate continentur,

aſtures & cantabri ſexto, conſtat tamen, min9 ne gocii fuiſſe Romanis in cætero orbe ſubiugan-do, q̄ in his populis pacandis, quippe a quibus multa maximaq; damna retulerunt, iniquis ſub inde fœderibus adacti, ſæpe de ſumma rerū peri clitantes. & a germanis uidem9, bella magno nō ſolum animo, ſed etiam conſilio geri. Nec ſecus de ſingulis hominibus cenſeo breuis ſtaturæ, mul tos & eſſe & fuiſſe præſtanti animi magnitudine, qualis tydeus heroicis temporibus fuit, carmi-ne quoq; homerico celebratus. Et quoniam tibi exempla noſtræ memoriæ placēt, Bartolomæus Albianus, Petrus Pacius, Vgo Mōcada, & ne ſin gulos memorem, Fernandus Aualus, Marchio Piſcarius, in quo duce præſtanti magnam nuper iacturam fecit exercitus Cæſarianus. Non enim tauri robur, aut elephantis ad obeunda facinora deſideratur, ſed uirtute animi res præclaræ gerū-tur, adſint modo uires ingenuæ, quib9 breuis ſta turæ homines pleriq; non deſtituuntur. Loquor autem de militaribus muneribus9, quæ manu & ar mis obeuntur, non de officio imperatoris, quod nullas interdum uires corporis requirere, ne lon-gius abieris, teſtis eſt hac ætate locupletiſſimus Antonius Leiua. quo duce tenui, ac nulla potius ualetudine iclytas uictorias in ciſalpina gallia, ꝑ pter aī ci9, & cōſilii magnitudinē, hiſpanoꝝ par-ua man9 de multo maiorib9 copiis reportauit.

¶Cæterum aliud eſt de in dole,& bellacis uiri ſi-
gnis,quæ a regione,& corporis habitudine ſumũ
tur,aliud de uirtute diſſerẽ,qua cenſeť bonus mi
les,quæ cum habitus quidam animi ſit,nõ in ſpe
quadam poſita eſt,ſed ex multis ſtudioſis actio-
nibus ingenerať.Hãc ego quam demũ eſſe pu
tares interrogabam,tu de indiciis militaris ani-
mi reſpondiſti. Alfon. De uirtute nemo dubi-
tat.Nam quem fortem,& magnanimum putãt,
hunc bonum militem & dicere omnes , & ſentire
ſolent.Demo.fortitudo igitur,& magnitudo ani
mi eſt,qua bonus miles efficiť.Alfon.Haud du-
bie.Demo.Qui negat ergo,bonum militem poſ-
ſe chriſtianorum legibus ſatisfacere,is fortitudi-
nem,& magnitudinem animi a chriſtiana religio
ne dicit abhorrere . Alfon. Mihi quidem ita ui-
detur,ſed mallem,te iſta cum leopoldo diſputare
ne ipſe uel inepte reſpondendo retardem oratio
nem tuã,uel bona cauſa uidear ob inſcitiã ceci-
diſſe.Age igitur leopolde,Iam tu pro utroq; reſ-
ponde.non ne tibi ſic uidetur? Leopoldus . Qui
poteſt non uideri?cum priore dato, poſterius ſit
neceſſe confiteri.Demo.O miſeram igitur condi
tionem chriſtianorum,ſi quatenus religioni ſerui
unt,nullum eſt eis cum uirtutibus commercium.
Leop.Cõmercium eſt uel maximũ cum iuſtitia,
prudentia,liberalitate,continentia, & cæteris om
nibus uirtutibus,quæ homines inter ipſos bene-

uolentia quadam,& humanitate conciliant,forti
tudinem uero:& magnitudinem animi, ut tumi-
diores ſcilicet,& itractabiliores uirtutes refugiũt.
Demo. Qualia officia ducantur a fortitudine, &
magnanimitate poſtea,ſi uidebitur, differemus,
nunc autem poſitum ſit,nec enim arbitror ,infi-
ciaberis,has & eſſe,& in moralium uirtutum nu-
Ethi.4. mero a philoſophis reponi,præſertim, ab Ariſto
tele,qui animi magnitudinem cæteris omnibus
anteponit.Leop. Quid tum poſtea ? hoc enim
Ethi.6. nemo eſt,qui inficias eat. Demo. Philoſophorũ
conſenſus eſt,& idem chriſtianorum, ſic omnes
uirtutes eſſe inter ſe connexas,& conſociatas,ut
una ſublata,omnes tolli ſit neceſſe,quam ueterũ
philoſophorum ſententiam Hieronymus in pri
mis,& Auguſtinus principes theologorum con-
firmarũt. quorũ alterius ea uerba ſunt in Eſaiæ
expoſitione:omnes inquit uirtutes ſibi cohærẽt,
ut qui una caret, omnibus careat, alter in libro
de Trinitate ſic ſcriptũ reliquit,uirtutes ait, quæ
ſunt in animo humano,quamuis alio, & alio mõ
ſingulæ intelligantur,nullo tamen modo ſeparã
tur adinuicẽ.Qua rõne igitur chriſtianis nec for
tibus eſſe licet,nec magno aĩo,eadem cæteras uir
tutes negatas eis eſſe,oportet cõfiteri. Leop. Sci
mus democrates,ab eruditis ſic ſolere de conne-
xione uirtutum pronunciari, nec tamen eã uox,
quam uim habeat ignoramus, Nemo enim hoc
ſentit

ſentit,non poſſe eſſe quemq; liberalem, ut nõ ſit idem fortitudine præditus. Cum paſſim uidere liceat quoſdam multis benignefactis,uirtutẽ, quæ liberalitas dicitur,eſſe conſecutos,quibus tamen citra ipſorum ullam culpam nunq; uſu uenit, ut pericula ſubirent,quibus adeundis fortitudo ingeneratur. Quæ ratio eadem eſt in cæteris uirtutibus. Non enim uel natura,uel noſtra uoluntate ſolum uirtutes morum contingunt,ſed aſſuetudine quadam officiorum ingignuntur. Cæterum quoniam qui rite,& ex præceptis philoſophiæ ipſarum aliquam colit,hoc eſt propter honeſtatẽ, & ut rationi pareat recte precipienti,huic perſuaſum,& inſitum ſit neceſſe eſt, nullo loco ſibi ab officio eſſe diſcedendum, idcirco quas re non dũ nactus eſt, ſed electione tantum,ac uolũtate præcepit,eas nihilo ſecius habere dicitur,participatione uidelicet,ut Hieronymus ait,non proprietate,ſiquis enim non ſic animatus eſt, ut quocunq; natura,rectaq; ratio uirtutũ optima magiſtra duxerit; eo ſit haud inuitus ſecuturus, hic adumbratam quandam uirtutis imaginem oſtentare poteſt,ueram & expreſſam effigiem habere omnino nullam poteſt. Non enim honeſtatem is ſequitur,& rationis præcepta,in cuius animo hæc non idem ponderis habent,& ubiq; paria momẽta. Ad hunc igitur modum philoſophis placet indiſcretas eſſe uirtutes,& quoniam ſunt in rebus

agendis ratæ quædam ſententiæ (græci axioma ta dicunt) omnibus uirtutibus communes, quæ ad fungendam unam uirtutem cognitæ, ad cæteras accomodantur eodem modo. continenturq́ prudētia, ſine qua nulla morum uirtus conſiſtit. & quæ una ſi adſit, omnes ſimul adeſſe ariſtoteles eſt auctor. At unam uirtutem non quidē omnibus ſuis numeris abſolutam, ſed tñ iam adultā per ſe poſſe conſiſtere, cæteris adhuc in illis quaſi ſeminibus reſidentibus negare, nec rationi congruit, & uſui manifeſtarum rerum aduerſat. Nō igitur chriſtianus, ſi fortis, & magni animi officia negligit, ut præceptis ſeruiat religionis, protinus aliarū uirtutū inops, & expers uideri debet.

Ethi. 6.

¶ Demo. Recte tu quidem leopolde philoſophorum ſententiam de connexione uirtutum explicaſti, ſed uide ne forte eiſdem etiam nunc anguſtiis urgeamur. Cur enim chriſtianus cæteras uirtutes colit? non ne propter honeſtatem ipſarum, ac ut imperio rectæ rationis obtemperet? Leop. Non ob id tātum, ſed multo etiam magis, ut dei longe grauioribus præceptis obſequatur. Cūcta enim chriſtianorum officia in deum debent quaſi in ſummum bonum, atq; ultimum finem contendere. Demo. An id proprium eſſe putas chriſtianæ doctrinæ, ut uirtutes referat ad ultimum finem? quis hoc non facit philoſophorum? quibus ſumma diſſenſio eſt de finibus bonorum &

malorum,de his enim qui diſſentiunt,eos in tota philoſophia diſſentire, idcirco neceſſe eſt,quoniã cuncta præcepta,omniaq; officia debent extremum finem,quaſi ſcopum intueri. Contra uero quibus de ſummo bono conuenit,horum diſciplina parum poteſt in tradendis officiis, hoc eſt morum præceptis diſcrepare. Quo fit, ut chriſtianorum præcepta,quæ mores attingunt, aut nihil,aut minimum diſtent a dogmatis peripateticorum,quemadmodũ heri diſſerebamus. Nam idem propemodum ẽ utriſq; ſummum bonum, eadem propoſita felicitas, ut enim peripatetici, ſic & chriſtiani felicitatem ſibi in ſummæ uirtutis uſu erga rem perfectiſſimam ſtatuunt. ſummam autem uirtutem, & rem perfectiſſimã intellectum,& deum,ut neceſſe eſt, interpretãtur, ut in contemplatione dei felicitatatem eſſe poſitam,dogma ſit utriſq; commune,niſi ꝙ peripatetici naturam ducem, eiuſdemq; tenue, ac ſub obſcurum lumen ſequentes,& confuſam quandam,ac ſub obſcuram huiꝰ rei cognitionẽ nacti ut ſolent inuiſibilia dei a creatura mundi per ea, Ad Ro. I. quæ facta ſunt intellecta conſpici, ſatis habebant, ſeq; felices fore arbitrabantur, ſi modo deum ſibi,uel in enigmate,& quaſi ſpeculo uidere,ac contemplari cõtigiſſet. Chriſtiani autẽ beneficio religionis, ac ſumma præſentis dei in humana forma benignitate, & oraculis edocti,

clariſſimoq; lumine colluſtrati: quoniam in lon-
ge maiorem: clarioremq; notitiam rerum diuina-
rum prouecti ſunt: in uitæ mortalis peregrinatio-
1. Cor. 15. ne felicitatem nullā agnoſcunt: exclamāte Paulo:
ſi in hac uita tantum in Chriſto ſperātes ſumus:
miſerabiliores ſumus omnibus hominibus, ſed
eos tantum felices, ac uere beatos & credunt, &
uocant, qui coram præſentem deum intuentur
in patria, ſic enim ipſi beatorum uitam alteram,
appellāt, & ipſum uident ſicuti eſt. Quanq; enim
felicitatem illam, quam iuſtis, & ſapientibus ho-
minibus philoſophi tribuunt, non aſpernentur,
& beatos appellent, quicuuq; uirtutum aliarum,
muneribus funguntur, eos tamen non re felices,
putant, ſed ſpe futuræ beatitudinis. Beati mūdo
Matth. 5. corde: dixit chriſtus, ſed quomodo beati? quoniā
inquit ipſi deum uidebunt, & beati pacifici, quo-
niam filii dei uocabuntur. Vides q; ualde peripa-
teticorum ratio cum chriſtianorum doctrina in
moribus dirigendis conueniat? Vtriſq; deum cō-
templari ſummum bonum eſſe placet, utriq; uir-
tutis uia ad felicitatem gradiunt. Quibus illud
itidem eſt commune, ut non ſolum uirtutes, ſed
omnia facta & cogitata, res deniq; omnes, quæ
in actionem humanam cadunt, ad extremum fi-
nem referri dicant oportere. Nam ut clamat pau-
1. ad Cor. x. lus. Siue manducatis, ſiue bibitis, uel aliud quid
facitis omnia in gloria dei facite, ſic Ariſtoteles,

Omnia inquit ſunt propter felicitatem appetẽ- 1.&.x. Ethi.
da:quod cum ita ſit, aliqua nimirum eſſe debet
prærogatiua uirtutũ,præter ultimi finis reſpectũ:
aliqđ inſigne,quo præſtent,& a cæteris humanis
actionibus diſcernantur:de quo niſi conuenerit
inter nos,de militaribus uirtutibus,& ipſarũ cum
aliis cõueniẽtia,uel diſſenſiõe diſputãtes,in incer
to neceſſe eſt uagetur oratio nr̃a,nec de his licebit
nobis,quidq; certi definire. Leop. Conſilium lau-
do,& hoc in primis ſtatuendũ cenſeo. Dem. Reſ-
ponde igitur ad interrogata,ſublato finis ultimi
reſpectu,qui cõmunis eſt, ut docuimus, cunctis
actiõibus humanis, quid tandẽ eſt præcipuũ in
uirtutibus:quo a cæteris rebus diſcernantur. An
quia (queadmodum idem Ariſtoteles teſtat̃) et Eth.1.
ſi nihil eſſet præterea,quo uirtutes referrẽtur, ipe
tñ per ſe,propter ſuãq; honeſtatẽ eſſent ex petẽ-
dæ? Leop. Si uidetur. Dem. Ratio igitur interna
colẽdi expetẽdiq; uirtutes poſita eſt in ipſaꝝ ho
neſtate,qua ſublata,perit uirtutis & nomen,& na
tura. Leop. Meo quidẽ iudicio. Dem. Qui hone-
ſtatẽ ergo cõtẽnit in una neglecto rectæ rõnis im
perio,a quo uiro ſtudioſo nunq̃; ẽ diſcedendũ, is
eandẽ in cæteris uirtutibꝰ nõne uidebit̃ eodẽ mõ
aſpnatur? Leop. uidebit̃ oĩno. Dem. At chriſtia
nus, ſi te audiet ,in fortitudine,ac aĩ magnitudĩe
honeſtatẽ ſpñet , p te igit̃ eadẽ rõne aſpnabit̃ in
oĩbus,ita fraudatꝰ una,cũctis uirtutibꝰ ſpoliabit̃

ſi.n.cui inſitũ eſt, honeſtatẽ ubiq; ſequi,& iperio parere rectæ rõnis,is oẽs uirtutes habere putat͂,q honeſtatẽ uno in loco,ac ꝓpterea ubiq; negligit, & rectæ rationis imperium, in hoc quis tandem locus poteſt uirtuti cuipiam eſſe relictus? Niſi forte tã cæci ſum9,& pertinaces,ut nõ ſimus recuſaturi,quo minus cum fortitudine magnitudinem quoq; animi,quæ ſumma maximaq; officia in omni uirtute perſequitur,longe a uirtutũ choro ſubmoueam9, reclamãtibus non modo philoſophis,ſed theologis etiam religioſiſſimis, quorum nemo eſt hactenus repertus:qui has uel eſſe uirtutes inficiatetur,uel a chriſtianorũ conſortio ſubmoueret,ſcilicet quia nemo ignorat, complures hoc nomine in ſacris litteris cõmendari. ſcri-
1.Io.2. bo,inquit Ioannes,uobis adoleſcentes, quoniam
ad Heb.xi. fortes eſtis, & Paulus per fidem ait, fortes facti ſunt in bello,& ne ſingulos perſequar,de Stepha-
Cap.6. no legimus in actis Apoſtolorum, quod plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia, & ſigna magna in populo.Leop. Non ego democrates fortitudinem,ac magnanimitatem uirtutes eſſe nego,neq; quod eas dixerim,a chriſtianis inſtitutis abhorrere,uelim ſic mea uerba interpreteris, quaſi nullam nobis ſocietatem cum illis uirtutibus relinquam,non iſtuc ualet oratio mea,ſed ut intelligat͂ alia ratione fortes, & magnanimos a chriſtianis,alia cæteris gentibus, ac philoſophis.

& probari,& definiri. Iuſtorum inquit Gregori9 fortitudo eſt,carnem uincere,propriis uoluptati bus contraire,delectationem uitæ præſentis ex tinguere,philoſophi uirtutem hãc in bellicis ma xime periculis,cerni atq; uerſari docent,nec ſecus de magnitudine animi,quæ appetitum honoris & gloriæ moderatur,uidetur mihi diſſentire. phi loſophi enim de honore,& gloria differunt, quæ ab hominibus contingit,chriſtianis gloriari non licet,niſi in cruce domini noſtri ieſu chriſti. Nam qui gloriatur idem Paulus ait,in domino glorie tur,a quo gloria & honor,& pax omni operanti bonum citra dilectum perſonarum. 6. Mora. Ad Ga. 6. 1. ad Cor. 1. ad Ro. 2.

¶ Non igitur probo iſtam rationem diſputãdi, ut cum agitur de legibus ac inſtitutis chriſtianis, & queſtio eſt ſacrarum litterarum teſtimoniis di iudicanda, tu locum urgeas decretis, & placitis philoſophorum, Ariſtotelis paſſim, tanq; pauli nomen inculcando. Cui philoſopho tantum tri bus in omni ſermone,ut dicta eius non hominis cuiuſdam decreta eſſe, ſed dei alicuius oracula, cui refragari nefas ſit, ſtatuere uidearis; & quod maxime indignũ ẽ homine chriſtiano: præcepta: quoq; religiõis noſtræ conaris ad Ariſtotelis nor mam dirigere. Cuius tamen doctrinam conſtat, cum pleriſq; articulorum: quibus quaſi fundamẽ tis noſtra fides: religioq; n.tĩ pugnare; Hoc eſt illud,quod multi iam ferre non poſſunt in aqui

nate Thomæ,uiro alioquin egregiæ doctrinæ & ſanctitatis,qui chriſtianum ubiq; nititur Ariſtotelem efficere.chriſtianas leges peripateticorũ dogmatis confirmans,præter morem, & ſententiam
in dialo. cõtra pela. 17. ueterum theologorum, ex quibus Hieronymus clamãti cuidã,ignoras,hanc philoſophorum eſſe ſententiam?reſpondit:ſed non apoſtolorũ. Neq; enim inquit mihi curæ eſt: quid Ariſtoteles: ſed quid paulus doceat.& alio in loco pulchre philoſophos, a quibuſdã Patriarchas hereticorum
ad cteſiphontẽ ep. 10. appellatos aſſeuerat, qui eccleſiæ puritatem peruerſa doctrina maculauerint,ſed quid ego Hieronymi ſententiam: dictaq; memoro? cum paulus ipſe nos hortetur: moneatq;: ne temere philoſophorum placitis aſſentiamus: uidete: inqt
ad Colo. 2. ne quis uos decipiat per philoſophiã, & inanem
Eſa. 29. fallaciã:& Eſaias clamet:perdã ſapiẽtiã ſapiẽtũ, & prudentiã prudentiũ reprobabo. Vnde idem
1. ad Cor. 3. Paulus ſapientia:inquit:huius mũdi:ſtultitia eſt apud deum: quo eſt haud dubie de philoſopis
Ro. 1. dictum: qui dicentes ſe eſſe ſapientes: ſtulti facti ſunt.

¶Demo. Inuitus facio: ut a quæſtiõe initio nobis propoſita digrediar: ſed quoniam tu me quaſi de uia ad impedita diuerticula detrudis: quæ niſi expediãtur: difficillima ſit futura rõ de uirtutibus diſputandi: reiecta per te philoſophorũ auctoritate: quid hac in parte ueriſſimũ eſſe pu-

tem

tem: iam paucis explicabo. Pronunciata illa leo polde, quæ articulos fidei propterea nuncupa- mus quod his uelut artubus fidei catholicæ mé- bra diſtincta, in corpus unum conſtringãtur, nõ mõ ſenſum nr̃um excedũt, ſed captũ etiam, & in telligentiam humanæ mentis. Quo factum eſt, ut neq; indagari potuerint cuiuſpiã hominis in genio, nec humano intellectu inueſtigari, ad ſum mam nulla ratione alia, in aliquã mortaliũ noti tiam, q̃ diuinis oraculis peruenire. Quamobrem qui quorundam articulorum ut altiſſimam, ſic mortalibus inacceſſam, & ſoli deo exploratam ueritatem, uolunt ratione naturali metiri, aç ipſo rum myſteria, ad dogmata philoſophorum reuo care, horum ſtula ſapientia eſt, & prudentia non probanda, hanc philoſophiam Hieronymus cõ temnit, hanc damnat ubiq; Paulus, hanc uocat huius mundi ſapientiam ſtultam uidelicet, & ue ritatis inanem. In his enim rebus, quæ rationem naturalem excedunt, non eſt libere cæca mentis agitatione uagandum, ſed intellectum oportet in captiuitatem redigere in obſequiũ chriſti, eius doctrinæ, & ſacrarum litterarum teſtimõiis queé- admodũ cæteris in rebus fidem adhibẽtes, ſic in his etiã incũctanter, ad quas intenta acies ingenii noſtri caligat, quæq; normam excludunt huma- narum doctrinarum; Cum uero de moribus agi tur, deq; uirtutibus, & contrariis rebus diſſeritur, 2. ad Cor. x.

prima eſt ſcripturæ ſacræ, proxima tamen phi-loſophorum auctoritas, non quidem omnium, ſed maxime probatorum, quales Platonici ſunt, & peripatetici, qui ſummum bonũ uirtutis actione metiuntur. Licet Auguſtinus Platonem cæteris omnibus anteponat, quia non ſolum recte sẽtit de bonorum & malorum finibus, ſed etiã mũdo tribuit initium, a quo afferit ipſum Ariſtoteles, & humanos animos ab interitu, & mortalitate fortiter & perſpicue uendicat, in quo ille alter balbutire nutaſſeq; uidetur, modo huc, modo illuc inclinans, pro ut ratiõibus a ſenſu ductis impellebatur, ſed quanq; Platonem idem Auguſtinus ueriſſime tradat proxime omniũm philoſophorum ad chriſtianos accedere propter aliqua, quæ non tam ratione naturali inueſtigaſſe, q̃; in ægiptiaca peregrinatione, ex ſacris hebræorum libris ſumpſiſſe creditur, tamen poſteriores tũ philoſophi, tum theologi, ut ſupra teſtatus ſum, non dubitauere principatum Ariſtoteli in omni philoſophia dare, ſiue quæratur de natura eaꝝ rerũ, quarum cognitio parari poteſt ratione naturali, ſiue de moribus, & recte uiuendi præceptis diſſeratur, cũ propter diuinum eius ingenium, & incredibilem doctrinã mirabili ſolertia ab eo multis libris explicatam, tum uel maxime quoniam ſocrates & Plato, qui poterant in contentionem uenire, nihil tam certũ eſſe rari, quod non poſſet

In libro de religione

de ciuit. dei lib. 8. c. ix.

in diuerſum paribus pene rationum momentis inclinari,omnia prope modum in medio relique re,in utranq; partem diſputantes. Ariſtoteles aũt ut arbiter honorarius a natura datus, tam ſcienter diremit priorum philoſophorum controuerſias, tamq; prudenter ſtatuit de ui rerum naturalium,& bene ac beate uiuendi ratione,ut eius dicta,non placita philoſophi,ſed naturæ leges,atq; decreta rectæ rationis eſſe,doctorum fere conſenſu uideantur.

¶Neq; enim alios uideo,pace tua leopolde dixerim,nimiæ ut ipſi garriunt, auctoritati philoſophi huius obmurmurare,niſi eos, quib9 ille Paulo notior eſt, q̃ Empedocles, aut Anaxagoras, quos olim fuiſſe nobiles philoſophos audierũt. Quales ſunt hoc tempore inpietatis lutheranæ magiſtri.qui omnis philoſophiæ,ac theologiæ reconditioris expertes,inani quadam garrulitate, quam ſolam græcarum latinarumq; litterarum ſtudio ſunt conſecuti,intumeſcentes de maximis uiris,quos uix de facie,ut dicitur,nouerũt:ſtulte: & arrogantiſſime iudicant. Ariſtotelem ut profanum & ab omni parte religionis auerſum reiiciẽtes:& cum alios ſcholaſticos theologos damnantes,ut ualde peripateticos,tum in primis Thomam aquinatem:cui me iudice, ſi rerum diuinarum:& humanarum ſcientiæ par facultas orationis contigiſſet:ad ea diſponendá, & illuſtranda:

quæ ſummo ingenio & incredibili doctrina fue-
rat conſecutus:erat fortaſſe aliquis ex ueteribus
theologis:qui cum ipſo conferri poſſet:quem au
tem anteferremus eidem:haberemus certe nemi-
nem. Quoniam igitur iſti nugari paulo ornatius
didicere:idcirco his neglectis,ueteribus illis Hie-
ronymo & Auguſtino:aut ex græcis origeni uel
clementi ſe ſimiles eſſe:ac ſi placet deo:pares etiã
uideri uolunt, quos non modo eloquentia:& altiſ
ſima cognitione præſtitiſſe conſtat ſacrarum lit-
terarum:ſed etiam in ſtudio philoſophiæ multũ
ætatis conſumpſiſſe. Quis enim,qui modo præ-
ſtans illud Auguſtini opus legerit de ciuitate dei,
poteſt ipſum Platonis fuiſſe ſtudioſiſſimũ igno-
rare? Nam Hieronymum:quem tu mihi paulo ã
te obiiciebas:cum aliis philoſophis græce & lati
ne multam operam impẽdiſſe:tum in primis Ari
ſtoteli,& eius græce enarratori Alexandro,nõ ſo-
lum Ruffinus Aquilegiẽſis teſtat͛, ſed ipſe quoq;
de ſe nen uno loco profitetur, nec illud tacet ,ſe
Epiſt. 43. Ariſtotelicos Alexandri commentarios e græco
in latinum uertiſſe,niſi uertere dicit frequẽter lecti
tare. Quid ut ad græcos tranſeamus Ariſtidem?
quid iuſtinum?chriſtianos philoſophos comme-
morem?quorꝗ ille Adriano principi apologeticũ
pro chriſtianis librum miſit,ſentẽtiis philoſopho
rum conflatum,hic Antonino pio doctiſſimum
cõtra gentes uolumen ex media philoſophia de-

promptum. Nam clementem preſbyterum eccleſiæ Alexādrinæ omnium, ut Hieronymus teſtatur, eruditiſſimum, multos uarioſq; libros conſcripſiſſe certum eſt, altiſſima doctrina refertos, quam hauſerat magna ex parte ex fontibus philoſophorum. Quem æmulatus origenes eius auditor, decem ſtrommatum ſcripſit libros, omnē religionis noſtræ doctrinam dogmatis philoſophorum confirmans. Non igitur recentiorum theologorum, quos ſcholaſticos appellant, inuentum eſt, decretis uti philoſophorum, idem ueteres ſumma auctoritate & grauitate uiri factitarunt, non modo ad chriſtianorū mores inſtituendos in quo uel plurimum ualet, quid naturæ aptū ſit: quid diuerſum dignoſcere, ſed ēt dum aliqua tractarent, quæ ptinerēt ad fundamēta chriſtianæ fidei, & poſſent ex parte ingeniis hominū, & natura duce iueſtigari, ut de natura dei, de uirtute eius, & ſimplicitate, de infinita tum poteſtate, tum etiam ſcientia, de rerum omnium ſupernarum & infernarum procuratione atq; iuſtitia, & ſiquid aliud de deo per ea, quæ facta ſunt conſpicit humanus intellectus, cui ſic indaganti ſempiterna quoq; dei uirtus, & diuinitas, ut paulus teſtatur, innoteſcit. Sed quoniam infinito rerum diuinarum ſplendore perſtringit᷑, caligatq; acies humanæ mentis, non ſecus ac ueſpertilionum oculi, ut ait Ariſtoteles, ad lumē ſolis, idcir-

ad magnū oratorē vrbis Romæ.

AdRo. 1.

Metaphy. 2.

rebus accomodentur. Redeamus igitur, unde di greſſi ſumus, & iam doce, ſi potes de fortitudine, cuius pars a quibuſdam magnanimitas eſſe dicitur, chriſtianos ipſam ſuo quodam modo definientes, a philoſophis non diſſentire. Demo. Tergiuerſari iſtud quidem eſt, non cauſam ratiōe defendere. Cæterum res eſt in expedito. Non enim quærimꝰ de fortitudinis, ac magnanimitatis definitione, quam qui aliam afferūt, hos aliā quoqꝫ rem ſentire neceſſe eſt, cum rei unius una dumtaxat ſit definitio. Sed de habitu animi, qui timores & audacias in periculis præſertim capitalibꝰ ratione moderatur, qui cum ſit perſpicue uirtus, ut indicat uirtutis definitio, ſi a chriſtianis inſtitutis abhorrere ſtatuatur, quæ ratio hanc excludit a chriſtianorum conſuetudine, eadem ſiquid ſuperiore diſputatione confectum eſt, cæteras omnes uirtutes ſubmouebit, eodemqꝫ modo de magnitudine animi iudico, quæ temperat magnorū honorum appetentias. Erras igitur, & quidem toto, ut dicitur cælo, leopolde, ſi putas, chriſtianam philoſophiam has uirtutes repudiare, uel in ipſarum definitionibus a peripateticis diſſidere chriſtianos, qui in ſanctis martyribus præter uirtutes theologicas dictas, nil æque uel admirantur: uel laudant: ac fortitudinem: & ingens inuictiſſimorum animorum robur: qui ne a fidei ueritate: & pio religionis cultu diſcederēt: cruciatꝰ ac mor- Eth. 2.

tem ſubire nec metuerunt:nec recuſarunt. unde martyres cum ab aliis:tum in primis a ſanctiſſimis:doctiſſimiſq; uiris:maximo: & Cipriano milites fortiſſimi nuncupantur. Nam quod Gregogorius ait:fortitudinem eſſe carnem uincere: ac propriis uoluptatibus obſiſtere:& extinguere huius uitæ delectationem:abuſus in eo eſt fortitudinis uocabulo. Animi enim conſtantiam: quæ latiſſime patet:ſerpitq; ad omne genus officii:alieno nomine fortitudinē appellauit. propterea qđ ex omnibus uirtutibus firmitas animi in hac potiſſimum eluceſcat. Quod mihi uidet' Gregorius, ne nouum inuentum eſſe putes:ut pleraq; alia in quæſtione morum:a Cicerone mutuatus. Cuius ea uerba ſunt in primo de officiis uolumine. Omnino fortis animus:& magnus duabus rebus maxime cernitur:quarum una in rerum externarum deſpicientia ponitur, cum perſuaſum ſit: nihil homini:niſi quod honeſtū decorumq; ſit: aut optare:aut expetere oportere:nulli neq; homini:neq; perturbationi:neq; fortunæ ſuccumbere. Quā deinde partem ita perſequitur Cicero: ut eum dicas:non de una quadam parte:ſed de toto genere uirtutis diſſerere.

¶ Nam quod pertinet ad gloriam humanam:de cuius deſpicientia chriſtiani multa præcipiunt: ſi rem altius:& diligentius inſpicias:eadem profecto reperias:aut quam minimum diſcrepātia

præcepta philoſophorum, cum de magnitudine animi diſſerunt, quæ appetitũ gloriæ, ac honoꝝ moderatur. Nefas enim puto, eo nomine chriſtianorũ diſciplinam infamare, ut quicq; in moribus natura honeſtum, iuſtumq; uiderit aliorum hominum ſolertia, quod ipſi non perſpiciant, aut perſpectum per ſtultitiam, aut ſuperſtitionem repellant. Maneat igitur, conſtitutumq; ſit, theologis etiam conſentientibus, chriſtianos in tractandis morum uirtutibus, & uitiis, quæ ratione naturali diiudicantur, a peripateticis non diſſidere, crimen utriſq; exiſtimantibus in uita, ab ſtatu naturæ rectaq; ratione diſcedere. Leopol. Sit ita ſane, & iam ad reliqua pergamus. Alphon. audite uero Democrates, & Leopolde, ego ſi me hodierna diſputatione ueſtra delectatum eſſe negem, ſane mentiar, nam de natura uirtutum, deq; ipſarum & conſociatione & diſtinctione, tum de ſummo bono, ac philoſophorum auctoritate, & Ariſtotelis præſtantia, deq; peripateticorum cum Chriſtianis in morum uirtutumq; doctrina conuenientia, multa ſcite, ut mihi uidetur, & copioſe ſunt a uobis diſputata. Sed quod mihi a uobis expediri maxime cupiebam, id hactenus pene intactum reliqſtis, quomodo inuicta uis animi, quocunq; nomine uirtutis licet eam appellare, quæ in milite probatur, cum iniurias conſtantiſſime perſequitur, aut gloriam bellicam auidiſſime cõ-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſectatur,a chriſtiana religione non diſſentiat,hac
enim uirtute per religionem chriſtianam repudi
ata,efficitur plane,ut bonus miles eſſe nemo poſ
ſit,& idem bonus chriſtiauus,quod erat caput in
ſtitutæ diſputationis,& proinde uobis tam longe
producto ſermone non negligēdnm.Dem.Qua
ſi uero quæ hactenus dicta ſunt,ad hanc rē non
maxime pertineant,cum declaratum ſit, multiſ-
q; rationibus effectum, nullam eſſe omnino uir-
tutem,quam religio chriſtiana nō amplectatur.
Sic igitur exiſtimare debes Alfonſe, nihil neque
in re militari,neq; in aliqua uitæ parte,a chriſtia-
na doctrina repudiari, quod uirrutis nomine cē
ſeatur,nihil quod non ſit etiam philoſophorum
non modo religioſorum iudicio uicioſum.

¶ Alfon. iniuriam igitur perſequi,& hoſtes pti
nacitet ulciſci,auidiuſq; gloriam appetere uicio
ſum putas?Dem.ego uero certum habeo, ſic ēm
iudicant uiri ſapientes. Alfon. at non uiri for-
tes,quorum famæ & gloriæ prima eſt, & maxi-
ma cura.Quis enim mediocris miles iniuria pau
lo grauiore laceſſitus,non uitam putat ſibi eſſe
peracerbam,quamdiu non datur inimicum pœ
nis meritis ulciſci?Itaq; multos uideas,deſperata
uindictæ tutioris occaſione,uel iræ ac moræ im-
patientes ad certamen ſingulare ſuumquemq; in
inimicum prouocare,ut eo uel ſublato,uel impul
ſo ad deditiōem gloria deleat ignominiam, aut

ſi fortuna tulerit, fortiter occumbendo doceant, ſeſe turpitudini ac dedecori longe mortem anteferre. Nec alios uideas ore pleniore a pleriſq; omnibus laudari, q̃ qui inimicorum ſuperbam petulantiam ad hunc modum repreſſerunt, quod utiq; non fieret, ſi iniurias aut inimicos ulciſci haberet uicioſum. Dem. Si ſic ſtatuis alfonſe, nunq̃ hominum uiciis approbationes, & plauſus imperitæ multitudinis, ſed uirtutibus ſemper excitari, legem inducis, in uitam mortalium omni peſte, mihi crede pernicioſiorem. Quod enim uenenũ uel ad ueritatis ſplendorem obfuſcãdum, uel ad deturpandam morum honeſtatem tetrius excogitari poſſit, q̃ ſi fuerit hominibus perſuaſum, ut ſpreto iudicio ſapientium prauas ſtultoꝝ opiniones, & uulgi errores conſectentur. Alfon. Non ego uel opificum ſententiæ, uel agricolarũ iudicio ſtãdum eſſe dico, cum de uirtute militari diſputatur, ſed de fortitudine & magnitudine animi fortes uiros, & magnanimos optime iudicare certum habeo. Demo. Recte tu quidem exiſtimas, modo uirtutes has, a prudentia ne diſiũgas, quæ omniũ uirtutum eſt quaſi magiſtra. Sed tu quos tandem fortes uiros, & magnanimos appellas? Alfon. haud equidem eos, qui ætatẽ in ocio, & umbra trãſegerũt, q̃q; tubã nũq̃, niſi in ludoꝝ ſpectaculis audierunt. Demo. Philoſophos mihi uideris a fortium uirorum conſortio ſeiungere.

Alfon. Non eos tantum,ſed omnes etiam alios philoſophorum ſimiles,quibus nunq̃,aut uix accidit hoſtem uidere, aut in caſtris pernoctare. Non enim ſine cauſa dictum Annibalis celebratur,qui ut eſt apud M. Tulliũ, cum phormionẽ philoſophum aliquot horas epheſi de imperatoris officio,deq; omni re militari ambitioſe cum cæterorum admiratione diſſerẽtẽ audiſſet, quæſitumq; fuiſſet ab eo,quid nam ipſe de illo philoſopho iudicaret,reſpondiſſe fertur, multos ſe deliros ſenes ſæpe uidiſſe,ſed q magis, q̃ phormio deliraret,uidiſſe neminem. Non tulit uidelicet Annibal arrogãtiam ueteli philoſophi,qui cum caſtra ipſe nunq̃ uidiſſet,tanto imperatori ſuſtineret,de re militari præcepta dare. Dem. Te igitur auctore milites duntaxat fortes,& magnanimos uiros appellabimus?& eos putabimus optime omnium de his uirtutibus iudicare. Alfon. Mihi quidem ſic prorſus uidetur. Dem. Qui uero rebus urbanis obeundis robuſtum animum p̃ſtiterint,& tum publicas,tum etiam priuatas importunorum ciuium iniurias conſtanter repulerint,& Reip. præſidentes impotentium audaciã nullo timore retardati cohibuerint,ne hos quidẽ per te nobis licebit fortes uiros appellare? Alfõ. Ego uero tales,tantoſq; uiros fortes & magnanimos eſſe dico,& in numerum militum reponendos. Neq; enim abhorret a militia, turbulentorũ

ciuium conatibus etiam ſine armis obſiſtere, & nocentium crimina meritis legitimiſq; pœnis uē dicare. Dem. Quid philoſophos? ſiqui uirtutes has non ſolum ſcholis, & meditatione, ſed rebus publicis adminiſtrandis, & bellicis muneribus o-beundis coluere, qualis fuiſſe memoratur apud Athenienſes ſocrates in primis, a quo uelut fon-te doctrina morum emanauit, & Timotheus iſo-cratis diſcipulus. Ex Romanis publius Africa-nus, Lucius Lucullus, & qui libros etiam de phi-loſophia ſcripſerit Varro, Cicero, Brutꝰ, & pleriq; alii, hos inquā metuemꝰ propterea quod fuerint philoſophi, fortibus uiris aggregare? aut in cau-ſa fortitudinis, tanq; ineptos iudices reiiciemus? iudicioq; ſtabimus turbæ militaris, quæ magna ex parte robuſtis quidem, & ad pugnandū ma-nu accommodatis, temerariis tamē & hæbetibꝰ hominibus conſiſtit? An hoc ponderis & aucto-ritatis plus habere debet talium philoſophorum ſententia, quod ad rerum uſum, obſeruandi dili-gentiam, ingenii perſpicacitatem, & doctrinæ co-gnitionem adhibuerunt? ut robuſtꝰ agricola me-lius & fodiet, & arabit, q; uir conſularis, aut ſena-torius delicatus, prudentius tamen de agricultu-ra & ſingulis eius partibus ediſſerent, certioraq; præcepta dabunt Marcus Cato, Plinius ſecun-dus, uel Columella, & his ætate ſuperior Theo-phraſtus, qui hanc philoſophiæ partem coluere.

& elegantiſſimis libris ſunt complexi, q̃ quiuis ruſticus arator, cuius pedes & manus colendo terram diuturnis laboribus obcalluerint.

¶ Vt enim cæteræ diſciplinæ prudentium & ingenioſorum hominum diligenti uariarum rerum obſeruatione factæ ſunt, non aliter debes hominibus exiſtimare morum philoſophiam contigiſſe. Ars enim bñdicẽdi, quæ facultas oratoria nominatur, ex multorum orationibus collecta eſt, qui natura fuerunt eloquentes, nemo enim tanta ingenii felicitate donatus eſt a natura, ut cũ multa recte diceret, non interdum in aliquod orationis uicium laberetur, ſed multorum præſtantibus ingeniis collatis, quæ magna ex parte natura ducuntur ad potiora facile fuit prudentibus hominibus uirtutes ſermonis, atque uicia diiudicare. nec ſecus tum de uirtutum aliarum, tum de fortitudinis & magnitudinis animi præceptis accidiſſe putare conuenit. Non enim quidquid unus, aut alter uir fortis, & magnanimus factitauerit, id pro lege & quaſi regula habendum eſt, ut recte de his uirtutibus ſtatuatur, nã uiciis nemo ſine naſcitur, ut inquit poeta, cæterum ex multorum talium uirorum factis & conſiliis eadem ratione facta eſt diſciplina, qua de fortis & magni animi uirtutibus, & contrariis rebus optime iudicetur, quã

quia philoſophi partim etiam obſeruatione, & uſu rerum, ut ſocrates, & cæteri, qui bellicis quoque muneribus functi ſunt, partim ratione, prudẽtiaque pepererunt & retinent, efficitur ut philoſophorum prudentia, non uulgi militaris temeritate harum uirtutum cauſa ſit diiudicanda. Nam quod ais phormionem ab annibale contumelioſe fuiſſe dimiſſum, quod de re militari; quam nunquam ipſe expertus erat, coram ſe magno imperatore arroganter diſputaſſet, poteram dictũ Annibalis, & iure fortaſſe, nec ſine bonis auctoribus reiicere, ut inhumanum & plane barbarum, ſed faciamus eum iuſte ſenis dãnaſſe leuitatem, num eadem cauſa fuerit eius, qui artem quam ipſe nunquam ſis expertus, uelit ſummum artificem edocere, quod fieri niſi ſtultiſſime non poteſt, & eorum, qui de uirtutibus iudicant, quarum ſcientiam profitentur, ab iis acceptam, qui eam, & uſu rerum, & ſummis ingeniis pepererunt, & a quibus ipſi non abhorrent. Nam qui mortem perhorreſcit, & res externas longe uirtute inferiores, pluris facit, quam pro ipſarum dignitate is nõ re tantũ ſed etiã noĩe philoſophi indignus eſt, in quarum rerum deſpicientia fortitudo & magnitudo animi niteſcit.

Alf. Quid igitur cauſæ philoſophi aſſerunt, cur iniurias perſequi, & gloriam expetere uicioſum putent, quando aperte nobis non licet ab ipſorũ

tribunali prouocare? quod mihi non magis ratio nibus, q̃ auctoritate tua perſuaſiſti, cum te & ſtre nuũ milite, & uirũ eruditiſſimũ tã magnifice ui deã de philoſophis ſentire. Dem. Quid aliud eſſe cauſæ putas, niſi quod id longe abhorret ab ea, quã toties nominam⁹, magnitudine animi? Alf. Quid ais democrates? non ne hoc inauditum eſt, & præter omnium hominum ſententiã? Dem. imperitorum fortaſſe, & qui rerum ueritaté uul gi erroribus metiuntur. Nam qui ſapientiũ phi loſophorum præcepta didicerit, & magnanimo rum uirorum facta, & inſtituta meminerit, is mul to ſecus exiſtimabit. Ne temere igitur, aut arro ganter cauſam ſine auctoribus & teſtibus agere uideamur, operæ pretium fuerit, ſi tibi uidet̃, qd maximi uiri de fortitudine, ac magnitudine ani mi præceperint, paucis uerbis explicare. Alfon. Mihi uero commodiſſimum uidetur.

❡De. Vt ſummã igit̃ rei paulo alti⁹ repetam⁹, fortitudinem Alfonſe & magnitudinem animi multi non duas uirtutes éſſe putauerunt, ſed unã dumtaxat duobus nominibus appellatam, quæ latiſſime pateat, pertineatq; non ſolum ad malo rum perpeſſionem, & ad mortis propter honeſta tem oppetendæ contemptum, ſed ad omnium re rum externarum deſpicientiam, quorum ſenten tia neq; improbanda eſt, nec ſi rationis ſummã ſpectes, multum diſſidet a peripateticis, nos ta

men ſequemur Ariſtotelem, qui fortitudinem a magnanimitate diſtinguens, utriuſq; præcepta dat ſeparatim,ac prudentiſſime,ut cætera, diligē terq; pſequit̄,hoc igit̄ auctore fortitudinem in/telligimus uirtutem,audacias & timores in ade/undis ſuſtinendiſq; honeſtatis gratia mortis periculis ratione moderātem licet enim timor, & audacia latiſſime pateant,cuncta enim mala metu/untur,ut paupertas,infamia,morbus,non tamen in harum rerum timoribus temperandis fortitu/do cernitur, nam quædam mala timere non modo non turpe,ſed honeſtum etiam habetur. infamiam nāq; metuere, probitatis eſt & uerecūdiæ, non timere uiciſſim impudētiæ,alia uero, ut paupertas & morbus,timeri quidem non debent ni/hil enim metuere oportet,quod nō ſit a culpa noſtra profectum,qui tamen harum rerum timore non frangitur,hunc liberalem, & tolerantem aut talem quēdam non ſine laude nuncupamus, fortem certe nec dicere ſolemus,nec ſentire,præterq̄ per translationem,& tolerātiæ ſimilitudinem. fortis enim tolerantiſſimus eſt malorum, quæ crimine uacant,quorum quia mors eſt terribiliſſima,efficitur,ut qui in mortis honeſtæ piculis infractū, interritumq; animum præbet, hic ſolus nomine ſuo uir fortis conſuetudine conſenſuq; prudenti/um hominum appelletur. eſt autem mors honeſta, quæ propter honeſtatem & iuſtitiam oppe/

titur,ut bellis iuſtæ,de cauſa ſuſceptis, ubi uirib⁊ eſt locus,licetq; fortiter, & uiriliter agere. quanquã enim in morbo,aut naufragio, uel ruentibus fulminibus uir fortis non ſuccumbit timori, nã paulo uehementius non commoueri maius eſt humana firmitate, in huius tamen generis morti bus,talibuſq; periculis fortitudinis ſplendor parum eluceſcit. Ac fortitudinem quidem talẽ quãdam uirtutem intelligimus,qua cognita haud ſane fuerit difficile,de contrariis uiciis conſtitueret. quæ duplici genere exceſſus,& defectus,ut pleraq; omnia,continentur. excedendo porro duobus omnino modis peccatur. aut enim confidendo quis in adeundis periculis exuperat,audaxq; uocatur,aut ſuſtinendis nihil timet, ne ea quidem, quæ uires humanas excedunt, ut terræ motus & maris tempeſtates,& fulmina,quod uicium neq; apud græcos,neq; apud latinos nomen inueuit, credo quia raro cadit in homines paulo modo humaniores, ſed quia parum abeſſe uidentur a dementia,id circo in quem cadit, hunc modo de mẽtem,interdum appellare ſolemus ſtupidum. At qui infirmo animo eſt ad pericula ſubeunda, timidus is,atq; ignauus appellatur,ſiue plus metuat,ſeu minus confidat,q̃ oportet. ſic enim du pliciter hoc quoq; in extremo delinquitur. In qui bus omnibus diſcernendis,una eſt certiſſima regula a ſapientibus tradita,& a uobis tenenda,di

ligenterq; adhibenda, ut qui i iis quæ ſupra dixi mus, mortis pericul ſuſtinet, atq; audet, aut uiciſſim metuit quæ, & gratia cuius oportet, & quemadmodum oportet, & quo tempore, quarum rerum iudicium eſt a prudentia petendum, hunc fortiter facere dicamus, cui autem horum quidq; abeſt, eum in alterutro uicio eſſe putemus. Hæc eſt enim natura uirtutis, ut niſi teneat omnes ſuas partes, ſtatim ſit honeſtatis nomen amiſſura. ſed ratio finis plurimum habet, & uirium, & auctoritatis in rebus agendis, ut efficiens cauſa in operibus naturæ, cum utrunq; ſit ſuo modo principium, quod principium ueteri græcorum prouerbio, dimidium totius eſſe dicitur. finis autem cuiusq; uirtutis proxim⁹, eſt ipſius honeſtas. Eth. I. & Diony. de diui. no miſſ. cap. 4

¶ Sublato igitur honeſtatis reſpectu, tota corruit ſubſtātia fortitudinis, licet interdum ſpecies quædam commentitia relinquatur, quod quinq; modis accidere notauit ariſtoteles, quidam enim facta uirorum fortium imitantes, honores dumtaxat, & gloriam ſequuntur, aut increpationes fugiunt, & ignominiam, quæ ciuilis fortitudo nuncupatur, quæque idcirco proxime ad ueram fortitudinem accedere dicitur, quoniam qui gloriam ſequitur, & honorem, quod eſt

Ariſt. 1. eth. præmium uirtutis maxime proprium, is uirtutē ipſam & honeſtatē ſecut⁹ eſſe uideri poteſt. His quoq; annumerantur, qui neceſſitate aut timore præſentis pœnæ a magiſtratibus propoſitæ, bellorum pericula ſubeunt, hoc tamen prioribus deteriores, ꝙ non pudore continentur in officio, ſed metu, quo ſolent etiam mancipia contineri. Alii propter rei militaris ſcientiam, & armorū peritiam cum non ſint, fortes interdum eſſe uidētur, quoniam ſpecie uana periculorum, quæ plerunq; tyronibus in bello metum ob imperitiam inquutiunt, ipſi minime deterrentur, uel quia uanitatem dignoſcunt, cæteros fallentem, uel quoniam armorum uſu tutius hoſtem offendere, ſe ſeq; tutari ualentes, quaſi armati cum inermibus, uel athletæ exercitati cum infirmis, aut rudioribus pugnaturi ſibi eſſe uidentur. quæ fortitudo militaris idcirco uocatur, quoniam mercenarii milites hac potiſſimum ualent, qui cognito certo periculo primi ſæpe fugam capeſſunt, ciuilibus copiis mortē turpi fugæ præ ferentibus. Ad hæc ira concitati multi pericula ſubeūt interriti, quos idcirco fortes interdum appellamus, quoniam & ipſis fortibus ira res uidelicet impetuoſiſſima uires, ut ait Homerus, ſubminiſtrat. quo fit, ut in cōcionibus militaribus, quibus acie inſtructa imperatores ad pugnam milites adhortari ſolēt, illud uel in primis uſurpetur, ſiquid contumelioſe fa-

ctum commemorari ualet, quo militum animi poſſint ad indignationem concitari, intereſt tamē quod fortes honeſtatem ſequuntur, ira ſpiritus ſuggerente, iſti ſtudio uindictæ agitante dolore præcipites in pericula feruntur more ferarum, quæ niſi irritentur, etiā in ſiluis fugiunt poti⁹ hominem, q̄ inuadant, ſed accepto uulnere in percuſſores irruunt nullo periculo, aut timore retardatæ. Sed ne eorum quidem uera fortitudo putari debet, qui quod ſæpe multoſq; uicerint, eā ſpe cōfirmati, res formidabiles confidenter aggrediuntur fortes enim honeſtatis, quam ſæpe dico, cauſa res periculoſas ſuſcipiunt, iſti ob alias cauſas, dum ſe ſuperiores eſſe confidunt, quod iis fere ſolet uſu uenire, qui ſæpe hoſtes non tam ſua uirtute ſuperauerint, q̄ illorum ignauia, qui ex multis uictoriis, quēadmodum ebrii ex multo uino magnos ſpiritus & fiduciā ſumunt. Nam hoſte mutato, ſi fortuna reflare cœperit, perſpecto periculo ubi timor fiduciæ ſucceſſerit, non perſiſtunt, a quibus non multum abhorrent, qui propter periculorum ignorationem facta fortium uirorum aliquatenus imitantur, hoc tamen deteriores, qđ illi res piculoſas, ſed quaſi explorata uictoria prudentes aggrediuntur, quod habet aliquid dignitatis, hi uero dum putant, nihil in re ſubeſſe periculi, quod procul abeſt ab omni laude. Vnde factum eſt, ut quidam utile fore exiſtimarent, militi

tibus de quorum uirtute dubitaretur, aut occul-tare picula, aut uerbis, quoad fieri poſſet, extenu are quorum error pernicioſus primum aperta ra tione conuincitur, quoniam ad prouiſa pericula complures ſe cogitatione, meditationeq; muni-unt, qui repentinis deterrerentur, in quibus inſi-ta uirtus & inueteratus habitus plurimum eluce ſcit, deinde magnis exemplis, & ſummorum im-peratorum auctoritate refellitur, ac in primis Iu-lii Cæſaris, quem ſolitum eſſe conſtat, timentib9 ſuis periculi magnitudinem, ac hoſtium nume-rum exaggerare, ut in iubæ aduentus terribili ex-pectatione conuocatis ad concionem militibus, ſcitote inquit paucis his diebus regem affuturũ, cum decem legionibus, equitum triginta, leuis ar maturæ centum millibus, elephantisq;. ccc.

¶ Alfon. o factu igitur difficile democrates, ui-rum fortem inuenire, ſi in tot hominum generi-bus, nihil ſolidæ uirtutis habetur, ſed inanis dum taxat ſpecies fortitudinis uicio cuidam obtenta; nec tamen dubito, quin iſta ueriſſime tradant. nõ ſolum ob tanti philoſophi auctoritatem, ſed q͂a te diſſerente, multa mihi exempla in mentem ue-nerunt hominum mihi notiſſimorum, quæ cum iſta doctrina ualde mihi congruere uidentur. Sed non oportet quenquam nominatim in inuidiam uocare. Reliqua igitur oratione tua non medio

criter ſum delectatus,ſed illud mihi fuit ſubmoleſtum,ꝙ noſtri ordinis,hoc eſt militarem fortitudinem ad inanem quandam uirtutis ſpeciem retuliſti,oblitus fortaſſe,te militem eſſe, dum partes agis philoſophorum. Ego enim ſic ſtatuo,aut nullum omnino iure poſſe uirum fortim appellari ,aut hunc eſſe de militum ordine petendum, Nam ſi ut cæteræ uirtutes,quod heri cum Leopoldo diſſerebas,ſic fortitudo nō ineſt a natura ſed conſuetudine periculorum ingenerat̃, quis pluribus quotidie,aut maioribus periculis exercetur,q̃ miles? quis æſtum, frigus,famem, ſitim uigiliaſq; tolerando,pares tum corpori, tum etiã animo ad laborioſa diſcrimina ſubeunda callos obduxit?Dem.Nemo certe. neq; unq̃ ego committam,ut more quorundam iudicum, ſtulte ambitioſorum iniuſte faciam in meos,ne iniuſte feciſſe uidear,ueram igitur fortitudinem in multis militibus & fuiſſe,& eſſe dico,nec aliter unq̃ exiſtimaui,ſed neq; in milites tantum fortitudinem cadere, ut quidam ipſorum leuiſſime iactant, & complures eorum uideri magis,q̃ eſſe tales certum habeo. Nec uero mirari debes,quod nec facile, nec ualde multis uera fortitudo contingat, nam uirt9 omnis in re difficili uerſatur,&cum ad uicium innumeris uiis aberret̃, una dumtaxat uia eſt, quæ ducit ad uirtutem, & ea quidem, ut Heſiodus ait, longa, & ardua, aſperiſque 1.magn.mo/ra.

difficultatibus impedita. Sed ratione fortitudinis explicata, parumper, ſi uidetur, de magnitudine animi diſſeramus, ut his uirtutibus cognitis, quas optimo militi tribuimus, propoſitæ quæſtioni finem aliquando faciamus.

¶Intelligendum eſt igitur, ut pecuniis collocandis duplex uirtus accõmodatur, liberalitas, qua paruoꝝ, ac mediocriũ ſumptuũ, magnificentia, qua magnorũ moderamẽtũ, & quaſi mẽſura continetur, ſic honorum appetentias duabus uirtutibus temperari, quarum, quæ in paruis honoribꝰ, aut mediocribus cernitur, uocabulo quidem, ut multi affectus aĩ uacat, ſed interdum nomen ab extremis mutuatur, quorum alterum ambitio dicitur, cum parui honores plusq̃ communiter ſolent, expetuntur, quod eſt magnæ leuitatis, & qui hoc malo laborat ambitioſus, alterũ nec græce, nec latĩe nomẽ inuenit, ſed qui hoc uicio deficit, αφιλοτιμος dicitur a græcis, quaſi negligens in honore, nam hoc quoqꝫ uicioſum eſt, ut ſit neceſſe, medium ipſorum a uirtute quadam poſſideri, qua qui præditus eſt, tunc ambitioſi uocabulum ſumit, cum alterius extremi comparatione laudatur, tũc in honore negligẽtis .i. του αφιλοτιμου cũ ĩ ambitioſi inuidiam commẽdatur, extremis de medio innominato, quaſi de regione nondũ occupata decernentibꝰ, q̃ uero uirtꝰ magnoꝝ ho-

norum cupiditates moderatur magnitudo ani-
mi & magnanimitas appellatur. magnanimus
enim intelligitur, qui ut eſt ſic magnis, atq; adeo
maximis rebus ſibi dignus eſſe uidetur, quo fit,
ut magnitudine quidem extremus ſit magnani-
mus, ratione uero medius, non enim plus, nec rur
ſus minus appetit, q̃ pro ipſius dignitate, quæ
cum maxima ſit, rebus maximis eſt muneranda.
quo in genere in primis eſt honor, quem bonorũ
externorum maximum eſſe, declarat religioſorũ,
ac prudentium hominum uetuſtiſſima conſuetu
do, deum immortalem honorandi, & hac potiſſi-
mum ratione colendi, atq; honore præclara faci-
nora munerãdi, ſummis uiris id præmium oĩum
maxime cupientibus, hinc enim ſtatuarum uſus
emanauit, quas primi mortalium atheniẽſes har
modio & ariſtogitoni tyrannicidis publice po-
ſuiſſe credunt. hinc coronaꝝ multa gn̄a ciuicæ,
murales, uallares, & obſidionales nuncupatæ, q-
bus Romani donabantur, ſiquis ciuem ſeruaſſet,
murum primus, aut uallum conſcendiſſet, obſi-
dionemue a ſuis depuliſſet, hinc deniq; triũphus
natus eſt, qui Romanis eiſdem immortalitatis in
ſtar erat, ne carthaginenſium, tuorumq; hiſpano
rum alfonſe morem uetuſtiſſimum referam. quo
rum illi, ut teſtatur Ariſtoteles, tot annulorum or-
natum cuiq; permittebant, quot expeditionibus Poli.7.
miles interfuiſſet, hiſpani uero tot obeliſcos circa

[Marginal handwritten note: athemenſes prim... tuas poſuere]

ſepulturā erigere,quot quiſq; hoſtes in bello ſuſtu liſſet,cum igitur honor in rebus externis haud du bie principatum teneat,efficitur, ut magnanim9 honore & quidē magno ſit dign9,& eo ſeſe di gnū exiſtimet,utq; in hoc ſibi ſumendo maxime cernatur.

¶Qua i re dupliciter , ut fere aſſolet peccat̃ qdā em̄,cū honoribus digni ſint, ipſi tñ ſibi tales eſſe non uidentur,& oblatos non admittūt,tanq̄ ſua dignitate ſuperiores,puſilamini nuncupati,quod nomen licet pateat latius, ad omneſq; ptineat,q ſe minoris faciāt,q̄ ſint,ſiue parua mereant̃, ſiue magna,iis tamē proprie tribuitur, qui magnam ſuā dignitatē non agnoſcūt,quo uicio ſpes īfrin git̃ res pclaras efficiendi,& induſtria langueſcit. Alii ſunt in cōtrario uicio,ſeq; magnis honorib9 cū ſint īdigni,dignos tñ arbitrāt̃,q græce qdē χαυνοι,latīe uero,niſi fallor arrogātes,& iidē ſupbi nū cupāt̃,nō multū a ſtolidis abhorrētes. Nā igno ratiōe ſui res magnas aggrediūt̃ irrita opa, & in terdū, laudē petūt uñ ferūt ēt uituperiū,optīe nā q; pcipit̃,ut qui ad rē gerendā accedit,caueat, ne id mō cōſideret,q̄ ſit illa res honeſta, ſed etiā ut habeat efficiēdi facultatē,itaq; arrogātes ueſtitū quoq;,nultū,geſtū,cæterūq; corporis ornatū ſtu dioſe q̄runt,atq; cōponūt,& quidq̄d ieſt opis paſ ſim oſtētantes,de ſe quoq; multa iactāt importu ne,dū temere honorem hoc magis fugientem in

ſequũť,q̃bus uiciis, ſeu uerius errores dicẽdi ſunt, nec,n,his homines mali eſſe,ſed aberrare potius exiſtimãtur,inter ſe cõparatis,puſilanimitas magis uituperatur, Nã primum repellit, & tollit ea bona,in quibus magna ſunt illuſtriũ rerum gerẽdarum adiumenta,deinde pigros homines cunctantioreſq; reddit ad præclara facinora,uiciũ uľ in primis dãnatum a paulo ; abhoc,n,nos in Corithiis dehorcatur,cũ ait adiuuãtes exhortamur, ne in uacuũ gratiã dei recipiatis,una igitur,& per breuis cautio tradita eſt,qua cõmode utrũq; uicium euitabim⁹,ſi in eo gñe,neq; temere deſperabimus propter ignauiã , nec rurſus nimis cõfidemus propter cupiditatẽ, Eſt igiť magnanim⁹, ut dixim⁹,q magnis reb⁹ & dignus eſt,& ſe ipſe dignať, Nã q parua mereť,& paruis ſeſe dignũ cẽſet,nõ caret is quidẽ uirtute , ſed quaſi modeſtiæ nõie laudabiť,nõ magnanimitatis, q̃ ſine magnitudine nõ cõſiſtit,ut pulchritudo corporis nulla eſt ſine ꝓceritate,quanq; interdũ in breui ſtatura corporis habitudo mẽbris ueluti ad menſurã cõgruẽtibus cõmẽdeť,quo fit,ut ſine cumalata oĩs gñis uirtute magnanim⁹ eẽ nõ poſſit, Nã cũ honor ꝓmiũ ſit uirtutis maxime ꝓpriũ, & quo q̃ſq; melior ẽ,hoc maiores honores mereať, ſatis intelligiť,q maximis honorib⁹ ẽ dign⁹,eũ oportere in omni genere uirtutis excellere,ut merito quidam a uiris prudentibus rideantur, qui cum abſint 2.Cor.6.

ab omni uirtute,& ſint monſtra prauitatis,tamē ob generis nobilitatem,& opes, quibus ad magnas tenuiorum iniurias abutuntur,ſe in magnanimis uiris,& honore digniſſimis haberi uolunt, quod eis accidit,dum timores imbecilliorum, & leuiſſimorum aſſentationes,ſic interpretātur, ut eas putent,ad ſuam laudem,& ſuorum meritorū teſtimoniū pertinere. qui tunc ſe etiam atq; etiā errare cum ſuo magno malo cognoſcunt, cū eos cogit grauis aliquis caſus,de ſe uera iudicia hominum experiri.honor enim uirtutibus emerendus eſt,non ui,aut timoribus extorquēdus.

¶ Itaq; non facile uirum inuenias, qui iure magnanimus appelletur. Alfon.mihi uero factu difficillimum uidetur,conſiderāti ſic te de magnitudine animi diſſerere, quaſi nominis huius intellectu non una quædam:ſed prorſus omnes uirtutes contineantur,quemadmodum de iuſtitia uideo,a nonnullis diſputari,eius uocabulo uirtutes omnes complectentibus. Dem. Non eſt ita alfonſe, nec animi magnitudo eodem atq; iuſtitia modo in cæteris uirtutibus ſpectatur. Nam cum ſit duplex iuſtitia,altera quæ proprie intelligitur, quæq; conſtans & perpetua uoluntas ius ſuum cuiq; tribuens definitur,altera,quæ legitima dicitur,patetq; latiſſime,in hac omnem uirtutem idcirco intelligimus,quoniam ſic iuſtum uocamus eum,qui nihil agit contra legum præſcripta, qui

bus legibus omnium uirtutum præcepta conti-
nentur,& contraria uicia uindicantur,ut ſiquis ſi
gna deſerat in acie,quod timidi eſt, aut ſepoluat
adulterio,furtoue,conſtringat,quod eſt contra tē
perantiā & liberalitatem. Itaq; quocunq; officio
fungaris,finibus id iuſtitiæ continetur, ut legiti-
ma iuſtitia,hoc eſſe re intelligatur,quod uirtus in
uniuerſum,licet ſit ratione diuerſa,nimirum qua
tenus iuſtitia ad alterum refertur, bonumq; pu-
blicum ſpectat,cum uirtus ſimpliciter talis habi
tus intelligatur. Magnanimitatis longe alia ratio
eſt. quanq; enim hæc choro uirtutum omniū ſti-
pata eē debet, non tamen uirtus oīs poteſt ut iu
ſtitia,ſic magnanimitas appellari. Cæterum illud
eſt præclarum huius uirtutis,admirandumq; mu
nu s,quod cæteras omnes reddit multo auguſtio
res,cum maxima quæq;,& ardua officia in omni
genere perſequatur,exempli cauſa,fortitudinis ē
fortiter facere,magnanimitatis uero,id ipſum ex
cellenter præſtare,quale factum accepimus hora
tii coclitis romani,qui cæteris etiam fortibus ui-
ris cedentibus, in ponte ſublicio hoſtium aciem
unus tam diu ſuſtinuit,donec a tergo pons inter
rumperetur. quo facto ſe armatus ī Tyberim de
iecit,ad ſuosq; tranauit. Ad hunc itaq; modū ma
gnanimus,in uirtute quaq; magna ſemper ſpe-
ctat,quæ ratio ipſum a cæteris uirtutibus ſecer-
nit,ſpecies enim uirtutum,uiciorumq; uiciſſim ſi

nibus potiſſimum ſuis diſcernuntur. Sed quanq̃ animi magnitudo in honoribus,ut diximus,& rebus contrariis uerſet̃,nõ magnanim⁹ tñ honores ẽt magnos, ſibi a probris uiris delatos non magni facit,ſed ipſis moderate delectatur, intelligit enim maiora etiam præmia ſuis uirtutibus deberi,cum uirtus cumulata nullis honoribus poſſit pro dignitate munerari,ſed boni conſulit, quoniam maiora præſtari nequeũt,eos enim honores, qui a uulgo ob res paruas tribuuntur,ut ſe indignos penitus contemnit, nec popularibus ſiniſtris rumoribus,uel repulſis commouetur uirtutis & meritorum ſuorum conſcientia aduerſus leuitatem & in iuſtitiam hominum confirmat⁹ ita q̃ porcium catonem repulſis, tanq̃ honoribus guadere ſolitum plinius ſecundus eſt auctor. cũ igitur præter uirtutem nihil magni pendat efficitur,ut neq; pericula fugiat propter timorem,nec iniuriam in alterum inferre inducat animũ. Qui enim parua ducit,quæ cæteri demirant̃,& in maximis rebus habent,cuius demum rei gratia hũc turpiter facere conueniet?licet autem in honoribus potiſſimum magnitudo animi cernatur, perſequitur tamen omnes partes utriuſq; fortunæ. ita quidquid in diuitias,aut poteſtates proſpere aut ſecus acciderit,feret moderate, nec geſtiet in his ſecũdo fortunæ flatu, nec frangetur aduerſo, cum in honore,quod multo maius bonum eſt,cõ

ſtante ſe atq; ſuperiorem exhibeat, diuitiæ nãq;, & poteſtates ob honorem expetuntur, quo fit ut magnanimi contemptores eſſe uideantur, cũ neq; opes, nec imperia, nec magiſtratus, ac ne ipſum quidem honorem magnifaciant. uidetur tamen fortunæ fauore ipſa quoq; magnanimitas augeſcere, pauperes enim, ac ignobiles a pleriſq; contẽnuntur, & his malis oppreſſa uirtus manca interdum eſt ad officia fungenda, itaq; nonnunq; uel fruſtra nititur inſtrumentis deſtituta, uel ne conatur quidem, ne cum auctoritas abſit opa ne qdq; ſuſcipiatur. plurima enim ſunt, ut inquit poeta, quæ non audent homines pertuſa dicere læna, cõtra uero nobiles, & qui cum imperio ſunt, ac opulenti honore digni exiſtimantur ob excellentiam, quidquid enim bono aliquo præſtat, honoratius habetur. Itaq; talibus etiam bonis magnanimitas inualeſcit. Nam licet uiris dumtaxat probis honor iure debeatur, idem tamen externis bonis a quibuſdam exhibetur, ut dubium non ſit, quin uirtus his cumulata tanto magis honore digna cenſeat. At ſine uirtute nulla neq; nobilitas, nec opulentia magnitudinem animi præſtabit, nec rebus magnis dignum quenquam efficiet. talis eñ fructus maxĩe propri9 eſt uirtutis exactæ. Quo minus ferenda eſt quorundam importuna ſuperbia, qui rebus dumtaxat externis intumeſcentes, ſibi magnopere placent, & præ ſe cæteros

etiam uirtute ſuperiores ſpernendos putant, con
temptu ſolum magnanimos imitãtes, quippe ſu
is bonis dignitas cuiq; metienda eſt,non alienis.
ſcitum eſt.n.illud poetæ.Nam gen9 & proauc s,
& quæ non fecimus ipſi,uix ea noſtra uoco. At
externa quæ dicuntur bona, cuncta eſſe aliena,
hoc ipſum nomen declarat,& quod eadem fortu
næ bona nuncupatur.Magnanimus igitur meri
to contemnit uirtute inferiores,quoniam ſuis bo
nis,hoc eſt uirtutibus excellit,& recte iudicat. un
de fit,ut raro ſe periculis exponat,præſertim ob
leues cauſas & res exiguas.pericula enim non ſu
ſcipiuntur niſi ab iis,quibus propoſita præmia
uidentur eſſe magna:cum nemo niſi ſtultus, ha-
mo aureo(qđ uſurpaſſe tradit' Auguſtus Cæſar)
piſcetur,præſertim piſces,quos parui facit.ma-
gnanimus autem, perpauca ſunt,quæ magni pẽ
dat. ut merito rideantur a prudentibus leuiculi
quidam homines,qui laudem fortis & magni ani
mi ſtulte in primis aucupantes,occaſiones peri-
culorum pro leuiſſimis etiam cauſis arripiunt.
quos ſæpe uideas,aut mortem oppetere cũ recte
iudicantium uituperatione,aut plagas turpiſſi-
mas,& damnoſiſſimas accipere pro reb9 uel tur
pibus,uel eiuſmodi,ut eas uir magno animo ne
diſceptatione quidem dignas eſſe duceret, quod
eſt non ſolum ſtulti,ſed anguſti etiam animi do-
comẽtũ, qui rumores imperitæ multitudinis tãti

faciat

faciat,ut eos uel cum diſcrimine uitæ colligédos eſſe putet. Nam cum dignitas,magnitudoq; rei officium poſcit,ut ſi patriæ laboranti ſubuenien dum ſit,aut pro tenuiorum tutela contra impo- tentium iniurias decertãdũ, uel pro religiõe ad uerſus impios contendendũ,nemo nec libentius, nec pari conſtantia,uel capitis adit pericula, uel iuſtitiæ ac omnis uirtutis patrocinium exequit, nemo ſuæ uitæ minus parcit,Mori.n.huic poti9 eſt,q̃ ut a talibus officiis p ſocordiam,aut igna- uiam diſcedat. Illud quoq; magni animi eſt, be- neficiis alios libẽter demereri,ſe uero eis adſtrin- gi,non æquo animo,nec ſine pudore ferre. Nam beneficia conferre præſtantis eſt, accipere uiciſ- ſim inferioris.quamobrem magnanimus, ſi quã do fuerit benignitate prouocat9, gratiam refert maioribus officiis muneribus ue cumulatam, ut hac ratione qui prior tribuerat,liberalitate ſupe- retur, quæ res facit,ut quos beneficiis affecerit, hos magis,q̃ bene de ſe meritos meminiſſe uide atur. Nam qui patitur,quatenus patitur, minor eſt efficiente,magnanimus autem cæteris præſta re uult. Itaq; ſua in alios,q̃ aliorum in ſe merita libentius audit,unde mihi cõſuetudo,quæ apud hiſpanos plurimum inualuit,nata eſſe uideri ſo- let,quibus dum principes uiros aliquid de ſe be ne meritos alloquuntur,ipſorumq; captant be- neuolentiam,illud in promptu eſt,& quaſi legiti

mum,ut ſe profiteantur,illis eſſe obligatos,& ab eiſdem maiora etiam ſperare. Eſt itidem magnanimi,aut nullo modo,aut grauate precari quenquam,rogatum uero facile honeſtis precibus adquieſcere. Ad hæc cum illuſtribus, & opulẽtis uiris ſuam dignitatem retinere uelle,mediocribus comem ſe,& perhumanum exibere,& quod uergilius ſcite,uereque cecinit de populo romano.
Parcere ſubiectis,& debellare ſuperbos.
hos.n.ſuperare magni negocii ẽ,& glorioſum,illos inſolẽter tractare ac inhũane,leuitatis & ĩportunum. Obſeruatum quoque eſt,magnanimũ ocii eſſe ſectatorem,nec in negociis properare,pterquam cum res adhortatur,in qua uerſantur magna momenta,aut de maximis honoribus agitur. Itidẽ paucis negociis implicari, & his magnis, & illuſtribus,& ſiquid detrimenti in re familiari, aut in paruis rebus aliis acceptum fuerit,uel immineat, nec querulum eſſe, nec ad deprecandum procliuem,id enim hominis eſt talibus rebus ſtudẽtis. Ac ut tenuiora ſigna, ſed quæ ne ariſtoteles quidem prætermiſit,perſequamur,res quæ ſola pulchritudine cõmendantur,quam utiles ſibi & fructuoſas magis quærere,hoc enim hominis eſt opulẽti,ad hæc inceſſum eius eſſe tardum,uocem grauem,orationem non concitatam,nec enim properat,cui pauca ſunt curæ,nec uehemens eſt,qui nihil magnum putat,ac perinde nihil magnope

re demiratur. Illud uero neceſſarũ eſt adeſſe magnãimo, ut palam & oderit, & amet. occultare nã q; timoris eſt, qui non cadit in magnanimum, ac ut rem longe antiquiorem habeat, q; opinionem, magno exẽplo Quinti fabii maximi. qui nõ ponebat rumores ante ſalutem, ut ait ennius. Item ut aperte & loquatur, & agat, quod eſt confidentiæ, libertatem illi contemptu rerum ſuggerente. Itaq; & liber eſt, & ueritatis amator, niſi cum ad uulgus utendum eſſe putat ironia, hoc eſt ſuarũ uirtutum extenuatiõe, item ut uiuere nequeat ad alterius uolũtatem, præterq; amicorum, illud. n. eſt ſeruile. Itaq; omnes adulatores ſeruili animo ſunt, & abiecti homines aſſentatores habentur. ac ne malorũ quidem meminiſſe, magnanimi eſt, ſed cõniuere potius in commiſſis aliorum, & ipſorũ obliuiſci. Nam cum ſua in alios officioſe facta memorare alienum eſt ab hac ſumma uirtute, tũ aliorum in ſe cõmiſſa exprobrare, multo etiã magis, nihil enim laudabilius, ut cicero teſtatur, nihil magno & claro uiro dignius placabilitate, atq; clementia. in quo genere iulium Cæſarem excelluiſſe legimus in romanorum monumentis. Ad extremum magnanimo per q; rarus ſermo eſt de hominibus, tum in laudem, tum etiam in uituperium. Nam cum aliorum de ſe laudationes parui faciat, multo minus ipſe ſua facta prædicare gaudet, hoc enim leuitatis eſt, & deforme. nec rur

ſus aliorum uituperationibus delectatur,ſuis.m. magnis uirtutibus princeps eſſe uult & ſuperior non alicrum infirmitate uel ignauia. prorſus ut ne de inimicis quidem,male loquatur, niſi forte prouocatus,ut referat male merenti cōtumeliā. Atq; hæc quidem præcepta.de fortitudine magnitudineq; aī a maximis philoſophis p̄ſertim ab ariſtotele tradita ſunt,ſic a uiris prudentibus de utraq; uirtute diſſerit̄. A quib9 uirtutib9 tantū abeſt,ut religio chriſtiana diſſideat, ut his potiſſimum fundata & latiſſime propagata mihi fuiſſe uideatur per ſanctiſſimos heroas, quos quia in teſtimonium ueræ religionis,mortem forti, magnoq; animo pertulerunt,latini quoq; græco uocabulo martyres ſolent appellare. Nam quis un q̄ periculis adeundis,contēnendisq; rebus,quas cæteri demirantur,fortiorem aut maiorē animū p̄ſtitit,q̄ apoſtoli?qs græcoꝝ aut romanoꝝ obſalutē patriæ ſeu libertatē aut humanā gl'iam tā ītrepide mortē ſubiuit, q̄ ipi,cæteriq; martyres ſpretis ipioꝝ minis, tyranoꝝq; ſæuitia propter chriſti religionē?quā nō tā loquendo, q̄ fortiter moriēdo cæteris hominibus ꝓbauerunt.

¶Leop. De his qdē uirtutib9 democrates recte mihi uideris,& ex p̄ceptis philoſophiæ,peripateticorūq; decretis diſſeruiſſe. Cæteꝝ ſiqd hn̄t certi ſigna iſta magnāimitatis,& q̄ ſupra de notis boni militis referebat alfonſus,uereor ne fortitudo

magnitudoq; aĩ, & ꝑinde cæteræ moꝝ uirtutes, nõ in nr̃a uolũtate, & meditatiõe poſitæ ſint, ſed a natura petẽdæ & exoptãdæ. Nã q̃ natura uel contingunt hoĩbus, uel negantur, ut proceritas corporis, latitudo pectoris, uocis grauitas, tardi tas inceſſus, & his oppoſita, hæc ego non uideo, quomodo poſſint, uoluntarios habitus ſignifica re, cum opera naturæ auferri meditando ſemel ædita nõ poſſint, uoluntariis uirtutum ac uicioꝝ actionibus noſtro arbitratu moderemur. De. Næ iſtud leopolde non ſine magna ratione ſuſpi caris. Nam quæ nobis nec cupientibus adſunt, nec aſpernantibus diſcedunt, hæc non poſſunt eſſe certa ſigna eorum, quæ ſunt in cuiusq; uolũ tate cum ne effectus quidem naturales ſemper euadant, ſua ue antegreſſa, uel prætenta ſigna cõ ſequãtur. ſed memini ſſe debes, id quod te legiſſe arbitror in theorematis philoſophorum, duplex eſſe morum uirtutis genus, alterum naturale, ra-tionis alterum. Eſt autem uirtus naturalis (nam de priore genere iam ſatis multa diſſeruimus) innata quædam pronitas abſq; ratione ad forti tudinis exempli gratia, munera uel liberalitatis obeunda. Itaq; nobiſcum naſcitur, & paulatim, niſi contraria conſuetudine cohibeatur adole-ſcit, ut in pueris licet cõtẽplari. hos. n. uideas ua-riis a natura ꝑditos habitib9, alioſq; ad aliãs uirtu tes, aut uiciſsi ad cõtraria uicia ꝓcliues, q̃ habit9

Ethi. 6. & ma gn. mor. 1.

nec laudandi materiam præbent, nec uitu-perandi, non magiſq; uelocitas, aut bona latera, uel his oppoſitæ debilitates. Tales .n. uirtutes cum intellectu uelut oculo careant, ſæpe notantur homines in magna ſua, uel ét aliorum incommoda tranſuerſos agere. ſimileſq; ſunt ualidis cæcorum animalium corporibus, quæ temere concitata uehementer impingunt. cæterum ſi ad naturalem accedat cum recta ratione, ea quæ proprie uirtus intelligitur, tunc uero ſtudioſus habitus facile paritur, altius excipitur, pertinacius inhæreſcit, exiſtitq; uirtus perfectiſſima magnos uiros efficiens, & ſumma laude digniſſimos. Nam cum uirt9 naturalis abeſt, uel oppoſito malo eſt natura deprauata, quod utinam in paucis eueniret, difficile factu eſt, ueram uirtutem ingenerari. nec ea fere niſi tenuis, & per ſummam curam aſſiduamq; exercitationem contingit, quæ exercitatio diu per moleſta eſt, repugnante natura, & ſi curam remittas uirtus ægre parta, paulatim effluit, ſenſimq; dilabitur, ut recte hominũ naturas agrorum ingenio perſimiles eſſe dicas. qui agri ſi feraces ſunt, & huberes, coli tñ debent, & exerceri, & ſic fruges large ferent, atq; fructus commodiſſimos, aliter .n. fructicare ſolét inutiliter, ac ſpinas, & herbas quãdoq; mortiferas ꝓcreare. ſin ſteriles & ſabuloſi, cura ingenti opus eſt, aſſiduoq; labore, ut aliquid inde proueniat, quod

ſatis ſit,ad uſum aliquem humanæ uitæ neceſſa rium. Tunc igitur optimus,& firmiſſimus uirtu tis habitus generatur,cum ratio & ſtudium cum natura congruit,& officium ab eo manans,con ſtantius editur & perfectius,non ſolum ob adiu menta naturæ,quæ ad aliquas uirtutes ſic natis hominibus plerumq; ſuppetũt,ſed etiam ꝓpter maiorem uoluptatem,quam ſuggerit ratiõis cũ natura cõſenſus.uoluptas.n.ut philoſophis pla cet,actiõem reddit perfectiorem.itaq;, ſimilis eſt ratio uirtutis naturalis,ſi cũ uera in eodem gene re conferat̃,atq; ſolertiæ,nam ſic interpretor quã græci δεινοτητα uocãt cum prudẽtia collatæ.Eſt enim ſolertia uis quædam mentis ualens tum ad indagandum,tum ad agendum ea,quæ ducunt, ad finem,qualiſcunq; is fuerit propoſitus. qui ſi honeſtus ſit,ea uis laudabilis habetur,ſin turpis calliditas & uerſutia nuncupatur.Prudentia ue ro habitus eſſe definitur cum ratione uerus eorũ, quæ homini bona ſunt efficiens.quia tamen ſine ſolertia prudentia non conſiſtit,efficitur,ut pru dentes tum ſolertes, alias uerſutos ſeu callidos appellemus,& contra.Itaq; ſolers homo & bon9 eſſe poteſt,& malus, prudens ut quiſq; ſit, qui non ſit idem uir bonus,non licet.eodemq; modo uirtute naturali, & bene poſſumus & male uti, & reb9 cõtrariis accommodare. uera uirtute, ut quiſq; abutat̃ fieri non poteſt, quẽadmodũ au

Ethi. 10.

Ethi. 6.

Ariſt. magno rali. 2. guſtinus & ariſtoteles teſtanẽ. q ipſo abuſu uim amittit nomenq; uirtutis. Non eſt igitur mirandum, ſi philoſophi, atq; uiri ſapiẽtes notas quaſdam naturæ perſequantnr, quæ uirtutes indicent innatas. tales. n. commode ſignis naturalibus indicantur propter magnam: quam corpus habet cum animo ſocietatem. Nam præter intellectionem nullam in nobis actionem edi putat ariſtoteles, quæ non ſit corpori cum animo comunis. itaq; uirtutes morales, quæ proprie dicũtur, qm̃ cum affectibus connexæ ſunt, non hominis parti, ſed toti compoſito tribuendas eſſe docet, atq; omnes, etiam iuſtitiam in ea parte animæ generari, & in eſſe quæ rationis eſt expers apta tñ parere rationi, q̃q̃ ſine hac & intellectu, qui prudentia perficitur, nec generari queãt, nec ſuis muneribus generatæ fungi. Aliud eſt. n. ſtudioſum eſſe, aliud ſtudioſe facere. Nam hoc eſt fortem eſſe, tẽperantemq; & iuſtum, ſic appetitum habere domitum, & affectum uirtutis habitu, ut in periculis obeundis, in capẽdis uoluptatibus, in comercis & diſtributiõibus paratus ſit, uelitq; parerere ctæ rationi. Nam licet uoluntas proprie cum ratione intelligatur, uelle tamen interdum quocũq; appetitu dicimur peruulgata tranſlatiõe, ut uelle cænare, uelle dormire, qua tranſlatione uſus mihi eſſe uidetur Ariſtoteles cum iuſtitiæ diſputationem exordiens diceret iuſtitiam eſſe, qua qui

ari. de ani. 1.

Ethi. 10.

Mag. mo. 1.

De ani. 3.

Ethi. 5.

affectus

affectus eſt, iuſte agit&, iuſta uult, niſi forte uer-
bum retulit ad rationem cunctis uirtutibus mo
derantem & cuius appetitus: quæ uoluntas dici-
tur, congruit cum appetitu ſenſus in actionibus
cuiuſq; uirtutis morum, præter continentiā, quæ
uidet̄ eſſe in alio genere. Sic igitur affectus appe Ethi. 7.
titus rationi obtemperat non grauate, nimirum
haud aliter, q̄ equus tractabilis effectus, & ſcien-
ter aſſuefactus prudenti aurigæ, ſeu uectori pa-
ret. qni equus etiam in ſtabulo eadem quaſi uir-
tute cenſetur. Sed ut hic tractari, flectiq; ſine re-
ctoris ſcientia, & uirtute, quæ potior eſt, non pōt,
ſic appetitus ratione uacans, q̄uiſmagnis uir-
tutibus ſit munitus, tamen ſine uoluntate, & pru
dentia principe uirtute, quæ pertinet ad partem
rationis, nec fortiter agere, nec temperanter, nec
iuſte deniq; poteſt. quæ ratio eadem eſt cæteraꝶ
ſtudioſaꝶ actionum. quibus actionibus conſiſtit
actiua uita. hæc autem idcirco parti rationis cō
poti prudentia præditæ tribuitur. quoniam re-
cta ratio uelut quidam architectus eſt in actioni
bus humanis, & ciuili uitæ moderatur. habitus
autem ſtudioſi haud dubie retinentur in ea par-
te animæ, quæ concitatur affectibus, quorū me-
diocritates uocāt uirtutes hoc eſt in rationis exp
te, cui cū corpore plurimum conſtat eſſe com-
mercii. q̄q̄ prudentia, ut tradit Ariſtoteles, cum
uirtute morum copulata ſit, & hæc uiciſſim cum Ethi. 10.

prudentia. Ad naturales igitur uirtutes quãtum faciat corporis conſtitutio,& habitudo,uel ex eo licet intelligere,quod in generatione traduntur, & fiunt plerumq; ut in cæteris animantibus,per inde in hominibus hereditariæ, quo fit, ut qui bonis cuiuſq; ordinis parentibus orti ſunt: de iis bonam ſpem concipiamus,uolente natura filios parentibus ſimiles generari,interdum etiam maioribus,ut de æthiope ſicilienſi refert Ariſtoteles, ex cuius adulterio natam filiam colorem matris albæ imitatam eſſe,ſed qui natus eſt ex ea puer: æthiopis aui colorem retuliſſe memorat, quæ ratio cum ſimilis ſit in naturæ cæteris operib9, dubitari non debet,quin ad ſpem uirtutum naturalium interſit,non ſolum qualibus quiſq; parentibus ſit ortus,ſed etiam qualibus maioribus, ſpe tamen quandoq; fallente, Quanq̃;.n.ut ex hoib9 homo,ex beluis belua,ſic ex bonis uiris naſci boni uiri cenſeant̃,eiſdem philoſophis auctoribus, ſæpe tamen natura hoc,cũ uelit,efficere nõ põt, ita fit nonnunq̃,ut ex præſtantibus, & optimis uiris filii degeneres,& mali procreentur, quemadmodum contra ex malis,& ignauis p̃ter ſpem boni ſtrenuiq; naſcuntur,ac uirtute præſtantes, de quibus ſcitum eſt illud ſatyrici.

De natu. animal. lib. 7. cap. 6.

Malo pater tibi ſit therſites,dummodo tu ſis
æacidæ ſimilis,uulcaniaq; arma capeſſas,
quam te therſitæ ſimilem producat achilles.

Neq; uero ſi naturæ tanta ſunt ad uirtutem,quã ta diximus adiumenta,protinus uera uirtus cuiq; natura uel contingit,uel eſt funditus negata. adſit modo rationis uſus. Nemo.n.aut naſcit̃, aut uolens efficitur tam uiciosus,ut penit⁹ lumẽ rationis:& quod theologi uocant liberum arbitrium amittat,cuius ea uis eſt, ut cogere poſſit appetitum q̃libet pertinaciter repugnatem,& habitum oppoſitum multis officiis obeundis,ac repetẽdis ingenerare,magno illuſtriũ philoſophorũ exẽplo Stilponis megarii,& Socratis atheniẽſis,q ſtudio,& honeſtarũ rerũ exercitatione uicioſam naturam nõ ſolũ domuiſſe,ſed magnis etiã uirtutibus affeciſſe,& tanq̃ inſcuiſſe memorãt. Cæterũ nihil tã efficax eſt,ad uicia naturalia corrigẽda,q̃ bonorũ,prudentiũq; parentũ cura,teneros filios ſic educandi,ut amare honeſta, turpia uiciſſim odio habere aſſueſcant. Nã cũ uirtutes omnes morales,ut ſupra dixim⁹,in uoluptatib⁹ & doloribus uerſentur,magni refert,q̃bus quiſq; rebus oblectetur a puero,aut uiciſſim doleat, ita q; ſeruiliter ne pueri,ut fere egenorũ,ã liberaliter, ut filii locupletum nobiliumq; ſolent educentur; multum intereſt ad fortitudinem, ac magnanimitatem, de quibus : ut arbitror,ſatis iam multa diſſeruimus. Audiſtis autem non a nobis ex cogitata,aut ingenioſa uanitate ficta,ſed quæ ſummi tum ueteres,tum etiam iuniores & chri-

ſtiani philoſophi magno conſenſu tradidere. qui bus uirtutibus cognitis, quoniam his potiſſimũ conſtat, optimum non modo militẽ, ſed ducem etiam cenſeri, facilis, ut arbitror, erit propoſitæ quæſtionis definitio, & argumentorum, ſi quibus occurratur confutatio. ſed hanc partem, quoniã dies iã multum proceſſit, in poſt meridianum, ſi uobis uidetur differramus. pontifex enim in his hortis meridiabitur, ac nobis licebit ſumpto cibo: in hunc ipſum locum, qui cõmodiſſi mus eſt ad congrediendum conue nire. id cum omnibus placuiſ ſet diſceſſerunt.

LIBER TERTIVS.

NOna igitur diei hora omnib9, ut pla cuerat, reuerſis, non ſtatim licuit in locum eundem cõuenire, quippe in quo pontifex ualetudinis uel animi cauſa inãbulabat. donec cum Frãciſco Quigno uio, & Inacho Mẽdoza cardinalibus hiſpani ge neris, & illuſtrium familiarum uiris, qui forte in teruenerunt in conclaue prætorii receſſit. tunc ue ro cum in eum locum ſuccedentes conſediſſent, conuerſus ad alfonſum leopoldus, cur inquit al fonſe geneſiũ, ſi forte in comitatu adeſt, Qui gno nii Cardinalis non uocamus? ut interſit noſtræ d

ſputationi,& quid de his rebus ſentiat intelliga-
mus:ut.n.noſti,nec abhorret ab his ſtudiis,& ſo
let talia munera libenter obire. Alfon. Ille uero li
bentiſſime.qua propter heri cum a uobis diſceſ-
ſiſſem,hominem adiui,nec.n.a me longe in cam
po martio diuerſat',ut ei colloquium hoc:diſpu
tationemq; ueſtram denunciarem,moleſteq; tuli,
quod ipſum offendi paulo grauius ægrotãtem.
qui tamẽ audita ex me propoſitæ quæſtiõis sũ-
ma,præfatus ſe uehementer dolere,q sibi perua-
letudinẽhuic diſputationi adeſſe non liceret,bre-
ui ſermone uſus eſt,ſed quo facile indicaret,ſe de
mocrati,ſi adeſſet,etiam atq; etiam fuiſſe aſſen-
ſum. Demo. gratum erit,ſi noſtra ſententia homi
num doctorum,eorumq; non imprudentium iu
dicio probabitur. Leop. Redeamus igitur demo
crates ad ſermonem hodie nobis de militaribus
uirtutibus inſtitutum,quo recte tu quidem,& co
pioſe uiſus es mihi tum de fortitudine: tũ de ma
gnitudine animi diſſeruiſſe. ſed ſi hæc uirtus, in
qua laudanda tam multus fuiſti,& merito,me iu
dice,fuiſti,homines facit,ſibi magnopere placen
tes, magnanimum enim magnis ſibi rebus di-
gnum uideri confirmaſti, & item aliorum ho-
minũ contẽptores,eadẽq; uirtus diuitiis & exter
nis bonis augeſcit,qui poteſt hæc cum diſcipli-
na chriſtiana cohærere,humilitatem in primis,&
paupertatem commendate? ſibi namq; placere,

& alios uiciſſim deſpicere,ſuperbi hominis eſſe uideatur,& arrogantis.hoc autem uicium idcirco maxime omnium deteſtatur chriſtiana philoſo- phia,quoniam humilitati contrarium habetur, uirtuti a chriſto maxime omnium nobis ad imi tandum propoſitæ:non ſolum uerbis:cũ ait diſci te a me,qui mitis ſum & humilis corde :ſed ope-
Matth.xi. re multo etiam magis. nam primum cum deus eſſet:homo factus eſt.infirmaq́;,& cõtemptibilia
1.Cor.1. mundi elegit,deinde cum omni uirtute cæteros omnes homines excelleret,eo tã ſe demiſit, ut pedes etiam ſuorum diſcipulorum lauaret.ac ne perſequar ſingula,tota uita chriſti,in terris p ho- minem, quem ſuſcipere dignatus eſt, diſciplina morum fuit,humilitatem præcipue cõmendans.
De vera reli/gione ut ait Auguſtinus,qui alio in loco ad capeſſendã
in epiſt.ad dioſcor. & obtinendam ueritatem primam uiam humili- tatẽ eſſe teſtat́,& ſecũdam : & item tertiam.ut in ter partes eloquentiæ de pronũciatione tradit́ reſpõdiſſe demoſthenes.Et paul9 Coloſſenſibus
Cap.3. ſcribens,induite inquit uos,ſicut electi dei, ſancti & dilecti benignitatem & humilitatem,itidem ad
Cap.4. epheſios,obſecro uos,ut digne ambuletis uoca- tione,qua uocãti eſtis cum omni humilitate, & manſuetudine,cum patientia ſupportantes inui cem in charitate.Romanos autem, quos efferri ſciebat,ex imperii magnitudinem,atq; gloria re- rum geſtarũ,uelut exprobans eis hoc, quod ipſe

tribuis magnis animis, magna cogitare: atq; efferri uetat. Ne ſitis inquit alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. Ro. 12. De paupertate uero quid dicam? cum chriſtum conſtet, ex paupere uirgine uiro pauperi deſponſata natum, damnatis ubiq; diuitiis, pauperem uitam perduxiſſe, eundemq; apoſtolos nullos niſi pauperes habuiſſe? ad hæc euãgelium epiſtolaſq; pauli paupertatem in primis commendare, inſectari diuitias, tanq; maxima uirtutis & religionis impedimenta? beati pauperes aiebat Chriſtus, quoniam ueſtrum ē regnũ dei; idē facilius eſt inquit: camelum per foramē acus tranſire, q̃; diuitem intrare in regnum dei, & alio loco. Omnis ex uobis, qui non renũciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. quam doctrinam chriſti explicans Paulus in ea, quæ eſt ad timotheum epiſtola clamat, habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus, nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueũ, & deſideria multa ſtulta & nociua, quæ mergunt hominem in interitũ, & perditionem. Radix. n. omnium malorum eſt opum cupiditas. Cum igitur tota pene chriſtiana diſciplina (ut teſtatur etiam auguſtinus) ſit humilitas, & perinde paupertas, haud equidem uideo, quomodo recte poſſit ei cum iſta elatione animi, quæ magnanimitas dicitur, & diuitiis tantoperegaudet conuenire.

Luc. 6. Mar. 10. Luc. 14. 1. ad tim. 6.

¶Demo. de diuitiarum leopolde: paupertatiſq; ratione dicemus paulo poſt, nunc, ſi uidetur, de humilitate diſſeramus: cuius me peropportune admonuiſti. Nam de magnitudine animi diſpu tantes, nullam facere mentionem humilitatis, ui- cioſum fortaſſe uideatur, utiq; ſi res agatur inter homines chriſtianos, a quibus maxime uir hanc tutem nominatam, inprimiſq; celebratam eſſe, certum eſt, uocabulo ueterib9 philoſophis, tum græcis, tum etiam latinis propemodum ignoto. hebræos. n. uideo, neq; uim huius uirtutis, neq; nomẽ ignoraſſe, itaq; cæteri his modo reb9 pro- prie tribuebant humilitatẽ græce ταπεινωσιν και ταπεινοτητα nuncupatam, quæ depreſſa humi parum ſe ſe in ſublime tollerent, ut myricas, arbu ſtaq; cætera, & paſtorum caſas humiles ſolent la tini poetæ nuncupare. tum per tranſlatiõem ho mines eos uocabãt humiles, qui eſſent uel animo uel fortuna deiecti. quod ad uituperium potius, & infirmitatem, q̃ ad laudem, & uirtutem refere bant. chriſtiani uero diuinis ſacratum ſcriptura- rum oraculis edocti, grauiſſimum peccatorũ eſſe ſuperbiam, atq; hoc ſcelere & luciferũ cum ſuis angelis corruiſſe, & primum hominem ſe ſuãq; poſteritatem corrupiſſe, nullam æque uirtutem demirati, amplixiq; ſunt, ac eam, quæ maxime cum hoc crimine pugnaret: & quã in chriſto: ac eius apoſtolis clariſſimo lumine fulſiſſe intellige

bant, humilitatem idcirco uocatam, quoniam ut ſuperbi, quidquid in ipſis eſt facultatis tum uerbis & oſtentatione, tum etiam opinione exaggerantes efferuntur, non homines tantum, ſed diuinas ſæpe leges contemnentes, ſic humiles appellati ſuarum imbecillitatum magis, q̄ uirium memores cohibent animi tumores, deūq; primum ſumma pietate colūt, reuerenturq;, ut omnis uirtutis, & cunctorum bonorum auctorem, deinde āgelos & ciues cæleſtis ieroſolimæ, tum homines cæteros, quo ſe putant uirtute, munereq; dei præſtantiores: hoc ſibi præferunt maiore interuallo. humilitas.n. quamuis ſerpat etiam ad humanā ſocietatem, primum tamen, ac præcipue uerſat in diuino cultu: & ea reuerentia, qua ſupplices deum ueneramur, exiguitatem noſtram, & illius maieſtatem agnoſcentes. quo factum eſt, ut modo dicebam ne tam præclara uirtus fuerit a ueteribus philoſophis celebrata. Præter platonē, cui9 ea uerba ſunt in opere de legibus. Deum inquit ſemper affectatur iudicium uindex eorum, qui a lege diuina deſciſcunt: cui iudicio adhærens, q beatus eſſe debet eundem ſequitur: humilis atq; modeſtus. qui uero ſuperbia effertur uel opibus aut honoribus formaue corporis intumeſcit iuuenili & ſtulto flagrās animo, quaſi nullo pfecto duceue indigeat, ſed ipſe potius ualeat aliorum eē dux et moderator, hic deſeritur a deo, relictusq; Lib. 4.

&alios ſui ſimiles nactus, exultat, nec ſine uulgi laude conturbat omnia. Atq; hæc quidem plato de humilitate & ſuperbia diuinit⁹: ut pleraq; memorauit. cæteri autem antiqui philoſophi de uirtutibus morum diſſerentes: eas potiſſimũ & pene ſolas perſecuti ſunt, quæ communitatem hominum: uitamq; ciuilem attingunt. humilitas. n. pars eſt, & quidem præcipua religionis, quæ ut a iunioribus theologis definitur: homines facit ſupplices eſſe deo: & propter deum cæteris hominibus cõcedẽtes: hortãte nos Petro apoſtolo: ac dicente, ſubiecti eſtote omni humanæ creaturæ ꝑpter deum. quanq; ſi placeat priſcoꝝ theologorum, qui philoſophiam inuolucris fabulaꝝ tradiderũt, præcepta repetere, ab illis quoq; humilitatem uel in primis commẽdatam eſſe haud dubie reperiemus. Quid. n. aliud egerunt homerus, & heſiodus, quos ueteres theologos Ariſtoteles appellat, gygantum cum diis pugnã caſumq; memorantes, niſi homines admonuerunt, ut deũ ſupplices colerent, cuius potentiæ hominum uel robuſtiſſimorum uires comparatæ umbra quædam inanis, gygantum exemplo uideri poſſunt. aut certe ſimia quemadmodum teſtat̃ Plato, de homne etiam ſapientiſſimo uerba faciens, quæ recordatio ꝑpria ẽ hũilitatis? Sophocles quoq; prudẽtiſſimus poeta, Aiacem facit per ſuperbiã perire, cum uiribus humanis fretus opem diuinã

1. Pet. 2.

Plat. in hippia maiore.

cõtẽpſiſſet,ſpreto patris cõſilio,qui proficiſcẽ-
ti ad bellum nihil aliud,q̃ dei reuerẽtiam :hoc eſt
humilitatem commendaſſet.Sed quoniam hu-
militati in humana etiam communitate ſuum eẽ
locum paulo ãte dicebam, erras leopolde, ſi hãc
forte putas,ut nomine,re itidem fuiſſe ab antiqs
philoſophis ignoratam.Non igitur fuit humili-
tas ab illis ex moralium uirtutum choro reiecta,
ſed potius in honoratiſſimo loco collocata.
eſt.n.(niſi prorſus ego Cecutio) pars eius uirtu-
tis,quam tu uideris ipſi cõtrariã eſſe exiſtimare,
magnanimitatem dico, tantopere a nobis pau-
lo ante ueterum teſtimonio laudatam.

¶Leop. Quid ais democrates? humilitatem
putas partem eſſe magnanimitatis?quid hoc a-
liud eſt,q̃ ignem cum aqua copulare?Nõ ne ma
gnimitatis eſt animum attollere,& quaſi inflam-
mare ad res magnas concipiendas?humilitatis
contra deiicere?& uelut extinguere ardorem con
citatum?Atqui contrarios eſſe habitus, quorum
actus ſunt oppoſiti,ipſe tuus Ariſtoteles eſt au- Ethi.5.
ctor.Dem.ſpecioſum argumentum: ſed enerue,
nam tu mihi uiciſſim reſponde.Animũ impelle
re ad magna pericula ſubeunda,eũdemq; a ma
gnis periculis ratione deterrere,nonne opera cõ-
traria eſſe,eodem modo confitebimur?Leop.for
taſſe.Dem.At utrunq; opus eſſe fortitudinis, cõ
ſenſus eſt philoſophorum,nimirum,quoniã quæ

inter ſe ſe pugnare uidentur in rebus agẽdis, hæc in eundem finem relata,ſocietatem quãdam habere exiſtimantur. Intelligendum eſt igitur in rerũ difficilium,& arduarum cogitatione, ancipitem eſſe,& quaſi lubricum motum animorum. nam quo uoluptas ob rei præſtantiam impellit,honeſtasq; uocat,inde dolor retrahit ꝓpter laborem, difficultaſq; deterret,in quorum utroq; ſæpe modus exceditur,diuerſaq; ratione peccat͂. his autem uiciis ut obuietur,non duabus uirtutib9 eſt opus,ut quidam falſo putauere,ſed una ſatis eſt, quæ medium extremorum tenens ratione uelut calcaribus,& freno motus animi a dolore, & uoluptate profectos,quatenus licet,impellendo,uiciſſimq; reuocando moderetur,ut igitur liberalitas una uirtus motus animi temparat in pecuniis dandis & accipiendis, fortitudo in timore & audacia,ſic magnanimitas in magnis honorib9 petendis,aut uiciſſim fugiendis, & quemadmodum liberalitas ut oportet dando,q̃ accipiendo fortitudo,audendo,q̃ timendo magis cernitur, ſic magnanimitas in egregio magnarum rerum conatu,& honorum appetitu,ſuum & ſplendorem,& nomen magis oſtendit, q̃ in talium rerũ modeſta fuga,quæ cum pars magnãimitatis ſit, tñ humilitatis nomine plurimum eſt a religioſis hoibus celebrata. Nã ut in periculis capitalibus una rõ impellẽdi, & reuocãdi unã efficit uirtutẽ

ſic item in magnis honoribus, quoniã utrobiq; hoc agitur, ut motus animi rationi pareat, ne ultra q̃ decet illecebra rei progrediatur, neue rurſ9 officium deſerat difficultate deterritus, quod moderamentum in periculis fortitudo in honorib9 magnanimitas, ueteri uocabulo nuncupatur, ſed quemadmodum uirum fortem, quatenus pericula ratione uitat, cautum poſſis appellare, ſic magnanimus uocatur humilis quatenus ratione cohibet magnorum honorum appetentias. Non igitur audiendi ſunt, qui humilitatem docent ad temperantiam eſſe referendam, Ariſtotelis teſtimonium parũ videlicet appoſite doctrinæ ſuæ prætendentes, propterea ꝙ ariſtoteles temperatum eum appellet, qui ut eſt, ſic ſe paruis honoribus dignum eſſe cenſet, quos miror non aduertiſſe temperantiæ nomine non humilitatem illo in loco, ſed aliã longe diuerſam uirtutem fuiſſe a philoſopho nuncupatam, humilitas.n. nõ tenui uirtute hominibus ſuam exiguitatem agnoſcentibus tribuitur, ſed iis dũtaxat, qui cum ſint magna uirtutis dignitate, conuertentes tamen cogitationem ad ea, quibus deficiũt, inferioreſq; ſunt his, cum quibus conferuntur, cohibent animi tumores, & nõ ſolum deum, ſpiritaleſq; ſubſtãtias reuerẽtur, ſed hoĩbus ẽt: quacũq; rõne pſtãtiorib9 cõcedũt, qualis chriſtus fuit, Virgoq; mater, quales itẽ ap̃l'i, uiri oĩ gñre uirtutis decorati, nõ igit̃ Ethi.4.

inter ſe ſe pugnare uidentur in rebus agēdis, hæc in eundem finem relata, ſocietatem quādam habere exiſtimantur. Intelligendum eſt igitur in rerum difficilium, & arduarum cogitatione, ancipitem eſſe, & quaſi lubricum motum animorum. nam quo uoluptas ob rei præſtantiam impellit, honeſtasq; uocat, inde dolor retrahit ꝓpter laborem, difficultaſq; deterret, in quorum utroq; ſæpe modus exceditur, diuerſaq; ratione peccat'. his autem uiciis ut obuietur, non duabus uirtutib9 eſt opus, ut quidam falſo putauere, ſed una ſatis eſt, quæ medium extremorum tenens ratione uelut calcaribus, & freno motus animi a dolore, & uoluptate profectos, quatenus licet, impellendo, uiciſſimq; reuocando moderetur. ut igitur liberalitas una uirtus motus animi temparat in pecuniis dandis & accipiendis, fortitudo in timore & audacia, ſic magnanimitas in magnis honorib9 petendis, aut uiciſſim fugiendis. & quemadmodum liberalitas ut oportet dando, ꝙ accipiendo fortitudo, audendo, ꝙ timendo magis cernitur, ſic magnanimitas in egregio magnarum rerum conatu, & honorum appetitu, ſuum & ſplendorem, & nomen magis oſtendit, ꝙ in talium rerū modeſta fuga, quæ cum pars magnāimitatis ſit, tū humilitatis nomine plurimum eſt a religioſis hoībus celebrata. Nā ut in periculis capitalibus una rō impellēdi, & reuocādi unā efficit uirtutē

ſic item in magnis honoribus, quoniã utrobiq; hoc agitur, ut motus animi rationi pareat, ne ultra q̃ decet illecebra rei progrediatur, neue rurſ9 officium deſerat difficultate deterritus. quod moderamentum in periculis fortitudo in honorib9 magnanimitas, ueteri uocabulo nuncupatur. ſed quemadmodum uirum fortem, quatenus pericula ratione uitat, cautum poſſis appellare, ſic magnanimus uocatur humilis quatenus ratione cohibet magnorum honorum appetentias. Non igitur audiendi ſunt, qui humilitatem docent ad temperantiam eſſe referendam, Ariſtotelis teſtimonium parũ uidelicet appoſite doctrinæ ſuæ prætendentes, propterea q; ariſtoteles temperatum eum appellet, qui ut eſt, ſic ſe paruis honoribus dignum eſſe cenſet. quos miror non aduertiſſe temperantiæ nomine non humilitatem illo in loco, ſed aliã longe diuerſam uirtutem fuiſſe a philoſopho nuncupatam. humilitas.n. nõ tenui uirtute hominibus ſuam exiguitatem agnoſcentibus tribuitur, ſed iis dũtaxat, qui cum ſint magna uirtutis dignitate, conuertentes tamen cogitationem ad ea, quibus deficiũt, inferioreſq; ſunt his, cum quibus conferuntur, cohibent animi tumores, & nõ ſolum deum, ſpiritaleſq; ſubſtãtias reuerẽtur, ſed hoĩbus ẽt: quacũq; rõne p̃ſtãtiorib9 cõcedũt. qualis chriſtus fuit, Virgoq; mater, quales itẽ apl'i, uiri oĩ gñre uirtutis decorati. nõ igit' Ethi.4.

hũilitati, ſed ei uirtuti nomẽ tribuit tẽperantiæ, quam paulo ante nomine uacare, ſed ab extremis modo ambitionis:tum contrarii uicii uocabulum mutuari dixerat.hac.n.cenſentur,qui ratione temperant,paruorũ,& ordini,uirtutiq; ſuæ conuenientium honorum appetentiam.quo intelligitur haud dubie,eadem non ſuo, ſed alieno nomine tẽperantia p ſimilitudinem,ut pleraq;,& tranſlationem nuncupari.de qua tamen uirtute idem Ariſtoteles in libris eudemiis de morib⁹ ad
Lib.3. hunc modum ediſſerit. Tali inquit habitu præditus uidetur quidem,non tamen eſt magnanimo cõtrarius. neq;.n.opponitur ei in hoc, q ſit uituperandus: cum ſeſe habebat,quem admodũ ratio iubet,& eſt natura idem,atq; magnanim⁹: nã uterq; quo dign⁹ eſt:hoc ſe ſe dignat honore. & hic fieret dignitate ſuppetẽte magnanim⁹ nã ſe pro meritis honore dignaret. Ad hæc tẽperã
Ethi.3. tia eodẽ auctore in eis modo uoluptatib⁹ tẽperandis hud dubie uerſatur,quæ ſenſibus,nec his omnibus,ſed tactu & guſtatu capiuntur, honoris iocũditate nullo tali corporis ſenſu fruimur. Cæteꝝ nulla uirtus ẽ, ex iis quidem,quæ temperant humanos affectus, quin commode ualeat per ſimilitudinem,ac tranſlationem temperãtia nuncupari,quatenus ut temperãtia in corporeis uoluptatibus,ſic cæteræ uirtutes in ſua quæq; materia,concitato animo præſcribit & modum

imponit, ne ultra: q̄ꝫ decet, illecebra uolupta-tis progrediatur. ſic fortem, ſic etiam liberalem temperanter agere ſæpe dicimus, in quo ille ſpreta morte, ab audacia, hic pecunias contem-nens temperat tamen a prodigalitate. ergo cum latiſſime peteat uoluptas. pertinet. n. ad omnem illecebram. qua capitur animꝰ uel concitatur: & prudens uoluptatis moderatio cunctis morali-bus uirtutibus ſit cõmunis: nihil miꝝ eſt, ſi earũ quæq; continentia & temperantia receptiſſima tranſlatione interdum nuncupatur, teſte. Ariſto tele, qui continentiã teſtatus, in eodem genere re rum uerſari, quo temperantiam, tamen intem-perantes iræ, honoris, & lucri eos appellari tra-dit, qui ſunt harum rerum ſtudioſiores. quas ne-mo dubitat, uelut materiã eſſe fortitudinis: ma-gnitudinis animi ac liberalitatis: contrariorumq; uiciorum. Qua ratione haud equidem inficior, humilitatem poſſe temperantiam appellari, alie no tamen uocabulo. proprio. n. & ſuo magnitu-do animi nuncupabitur. Ethi7.

¶Non enim ſi magnanimus: quem: ut dixímꝰ, omni uirtute præditũ eſſe oportet, & dignus eſt, & dignum ſe iuſte putat honoribus, qui maximi conueniunt ordini ſuo, protinus quoſcunq; ho-nores ſuo iure poſtulabit. Achilles enim apud ho merũ, exceptis Atridis, procerum græcorum ſi ne controuerſia erat honoratiſſimus, ſed cum ſe

uoluit agamemnoni æquare,nec putauit, regi cō cedēdum, Neſtoris ſapientiſſimi ſenis ore taxa⸗ tus eſt,& omnium prudentium iudicio ſuperbie crimine damnatus.Romanorum uero.Q.Fabi⸗ us maximus,Marcus Marcellus,ut cæteros tace am uiros magnanimos,conſulares honores, qui maximi erant in ſua rep.poterant ſibi iure dela⸗ tos eſſe putare,eoſdem quis tuliſſet,ſiquis eorū in ſua ciuitate honores regios affectaſſet? Cer⸗ te africanus Scipio ad urbem hiſpaniæ betulam Asdrubale de uicto,cum circūfuſa omnis multi tudo hiſpanorum & ante deditorum,& pridie ca ptorum,ac ſine pretio dimiſſorum ingenti con⸗ ſenſu regem eum appellaſſet, ſilentio per præ⸗ conem facto, ſibi maximum eſſe nomen impe⸗ ratoris dixiſſe traditur,quo ſe milites ſui appel⸗ laſſent,regium nomen alibi magnum,Romæ in⸗ tolerabile eſſe,itaq; uir ſummus per unā magna⸗ nimitatis partem honores imperatorios ſuis uir tutibus conuenientes adſciuit,per alteram, quæ humilitas uocatur,regios uelut ſuperbos,& inui dioſos repudiauit.Age uero fingamus aliquem choro uirtutum omnium ſtipatum,eundemq; in rerum faſtigio poſitum,fac eſſe romanorū prin⸗ cipem,multo etiam Traiano meliorem,uniuerſo quoq; orbi dominātem,permittemus ne huic:ut arroget ſibi diuinos honores?quibus ſtulti qdam reges,ac imperatores affectatis, magnam ridēdi

materiam

materiam prudentibus uiris præbuere. nullus igitur homo tantus eſt, aut tantopere præſtans meritorum magnitudine, in quo non ſit humilitati locus, dũ uel ſe cũ potiorib⁹, uel tenuitatẽ humanam cõparat cũ infinitate diuina. Vt magnanimus is eſſe intelligatur, qui magnis quidem honoribus eſt dignus, & his ſeſe dignum exiſtimat, non tamen ſua dignitate maioribus. hoc eſt, n. quod Ariſtoteles ait, magnanimum eſſe quidem magnitudine extremum, medium tamen tenere, ſi rationem ſpectes. quod idem alio in loco apertiſſime docet magnanimum definiens: qui ſe honore dignatur, nec minore ſuis meritis, nec maiore. Itaq; eiuſdem uirtutis eſt, ſummis uiris, a quibus uirtute, quæ dei munus eſt (ut omne datum optimum & donum perfectum) non ſuperatur, ſe parem ducere ſua merita deiq; munera exiſtimatione recta metientem, & qua inferior eſt, potioribus cõcedere, magno & illuſtri Ariſtidis exẽplo, qui in bello marathonio: cum inter atheniẽſium imperatores, quos ea ciuitas more ſuo complures cum æqua poteſtate eidem bello præfecerat, excepto Milciade dignitate, gloria, potentia primus haberetur, milciadi tñ, cuius prudentiam in bello gerendo anteponebat ſuæ conceſſit, ut ſolus imperaret. Nam cum inter ipſos duces cõueniſſet: ut uiciſſim per dies ſinguli, ſummam rei adminiſtrarent: Ariſtides ſuæ diei, ius imperandi

Ethi. 4.

Magnorum morali. 1.

Iac. 1.

tranſtulit in Milciadé, quam modeſtiam: animiq; magnitudinem cum nemo collegarum ſuſtinuiſſet non imitari, ſumma auctoritas imperandi ducum omnium conſenſu delata eſt uni Milciadi; atq; id conſilium conſtat: ſublatis contentionibus glorioſiſſimam de medis uictoriá atheniensibus pepeiſſe. Poteram hoc in loco illuſtria magnanimorum romanorum referre: ſed commodius eadem a monumentis ſacris mutuabimur: Paulumq; auctorem adhibebimus: uirum diuinum: & re uera magnanimum, qui cũ gratiá per pendit: quã fuerat donatus á deo, cæteris apoſtolis nihilo ſe inferiorem profitetur: de primis. n. loquebatur: cum diceret. Mihi enim qui uidebantur eſſe aliquid nihil contulerunt: ſed cõtra cum
Ad gal. 2.
uidiſſent: quod creditum eſt mihi euangeliũ præputii, ſicut & petro circumciſionis (qui. n. op erátus eſt petro in apoſtolatum circumciſionis: operatus eſt mihi inter gentes) & cum cognouiſſent gratiam: quæ data eſt mihi Iacobus: & cephas: & Ioannes: qui uidebantur columnæ eſſe: dextras dederunt mihi: & barnabæ ſocietatis, & paulo poſt petro ſe antiochiæ in faciem reſtitiſſe profitetur: propterea quo repræhenſibilis eſſet, nec dubitat multis in locis cæteros homines: ut ſuas uirtutes æmulentur adhortari. Volo inquit: ad co-
1. Cor. 7.
rinthios ſcribens: uos omnes eſſe: ſicut me ipſum
1. Cor. 4. & .xi,
& alio in loco: imitatores ait eſtote mei: ſicut &

ego christi. ſed & philippenſes eiſdem propemo- Phi.3.
dum uerbis adhortatur. idem contra cum ſua
delicta recordatur: humi ſe deiicit, nec Apoſtolo-
rum ordine dignatur. Ego inquit ſum minimus 1. Cor. 15.
apoſtolorum, qui non ſum dignus uocari apo-
ſtolus; quia perſecutus ſum eccleſiam dei. quo in
loco ubi ſe per humilitatem depreſſit, protinus
per alteram magnanimitatis partē extollit. Nā
gratia inquit dei ſum id quod ſum: & gratia ei9
in me uacua non fuit: ſed abundantius illis omni
bus laboraui. ut alio in loco non ſum liber? non 1. ad Cor. 9.
ſum apoſtolus? nonne chriſtum uidi? non ne op9
meum uos eſtis in domino? Vides: ut humilitas
non modo a magnanimitate nō diſſidet: ſed ma
ximam etiam habet cum ipſa ſocietatem? eſt. n.
uirtus eadem: quæ motus animi in magnis hono
ribus moderatur. Nec te moueat: quod chriſtus
præter ſuam dignitatem pedes lauit apoſtolorum.
neq; enim turpiter aliquid deliquit ignauia uel
ignoratione ſuæ dignitatis: quod puſilanimis ac Io. 13.
cidet: ſed auctore paulo quæ ſtulta ſunt mundi 1. Cor. 1.
elegit, ut confundat ſapientes & infirma mundi:
ut confundat fortia: & ignobilia mundi & contē
ptibilia, & ea quæ non ſunt: ut ea quæ ſunt de-
strueret: ut non glorietur omnis caro in conſpectu
eius. cæterum qui apoſtolorum pedes tum lauit:
ut exemplo damnaret leuitatem ambitioſorum,
ac ſuperborū: hic eiſdem paulo poſt dixit. Vos

me uocatis magiſter ac dñe, & benedicitis, ſum
etenim. Itaq; id officium optime poterat humili-
tate ſalua præterire, ſed cuiq; licet a ſuo iure de-
cedere, quo ſi ne alterius iniuria fiat, præſertim
chriſto, qui ſponte ſua criminum alienorum pœ-
nas dare uoluit inocentiſſimus ſuppliciis affect⁹
Ad phi. 2. & morte cum ignominia, ac ut uerbis utar pau-
li, humiliauit ſemetipſum factus obediens uſq;
ad mortem, mortem autem crucis. Itaq; a chri-
ſto & apoſtolis perfectiſſimis hominibus multa
facta ſunt, quæ poſſunt a nobis ſine crimine præ
teriri, nam mediocrib⁹ hominibus, ſi morum te-
neant & affectum mediocritatem, etiā citra apo-
ſtolicam perfectionem licebit iuſtitiam, uirtutes
omnes amplectentem colere, in qua q ſeruit chri
Ad Ro. 14. ſto, ut ait Paulus, placet deo & probatus eſt ho-
minibus. hunc igitur recte humilem ſimul atq;
magnanimum, & dicemus & ſentiemus. qui pri-
mum ſupplici pietate deum colet, deinde recto
iudicio ſua, cæterorumq; hominum merita, uirtu
te potiſſimum metitus, aliis ſe uel poſtponet, uel
quemadmodum ratio poſtulabit anteferet. deū
enim colit, qui uirtutem opus, atq; donum eius
colit. uirtus autem non in aliis modo pro ſua ma
gnitudine colenda eſt, ſed ubilibet ēt in ſe ipō cui
q; nihilo ſecius pro merito tum tacita exiſtima-
Aug. de ver. apoſtoli. tione, tum ēt uerbis, ueneranda. ſcitum eſt. n. il-
lud Auguſtini, cum humilitatis cauſa mentiris,

ſi non eras peccator anteq̃ mentireris,mentien-
do efficeris quod uitaras,& alio in loco. Non ita
caueatur inquit arrogantia,ut ueritas relinquať. Aug.ſuper Ioan.
Quæ omnia huc pertinent,ut de ſe quiſq; et hu
milis non ſecus,ac res eſt,uel ſentiat uel loquať.
nec.n.alr ſentiendum eſt,alr loquendum. Nam
quomodo inquit,eſt humilitas,ubi regnat falſi-
tas?Et profecto diſſimulatio,quæ græce dicitur
ironia,uicium eſt non ſolum a religioſis uiris,ſed
a philoſophis ét damnatũ. Cauẽdum eſt tamẽ,
ne nobis imponat amor ſtudiumq; noſtri, ut ſæ-
pe accidit in iudicando.q̃q̃ non ignoro a quib⁹
dam ſanctis eiſdemq; perdoctis uiris humilita-
tẽ intelligi cum ſua quiſq; peccata,cum aliorum
uirtutibus conferens,ea ratione ſe cũctis inferio-
rem arbitratur.quo pertinere uidetur illud pauli
præceptum philippẽſes in hũc modum adhor-
tãtis, nihil per contentione,aut inanem gloriam, Phi.2.
ſed in humilitate,ſuperiores ſibi inuicem arbitrã
tes,non quæ ſua ſunt ſinguli cõſiderantes, ſed ea
quæ aliorum.cuius ſententiæ atq; præcepti ſum
ma eſt,ut qualẽcunq; uirtutẽ alterius, & recte fa
ctum laudemus & ueneremur,uicium & turpitu-
dinem ét in nobis aſpernemur & cõtemnamus,
quod nihil abhorret a magnitudine animi, quæ
uirtutem ubiq; cunctis rebus anteponit.
¶Leop. de humilitate democrates nulla nobis
erit amplius concertatio,nam tibi equidẽ aſſen-

tior ipſam neq; cum militia, neq; cum magnitu-
dine animi pugare, ſed probe potius eiſdem con
uenire, Cæterum diuitiæ uereor, ut dixi, q̃bus ani
mi magnitudinem augeſcere confirmaſti, ne
uehementer præceptis euangelicis aduerſentur.
Dem. Magnarum uirtutum, & egregiæ ſanctita-
tis exempla leopolde, ſi uerũ quærimus, & libeat
temporum memoriam a uetuſtate repetere, mul
to frequentiora, & plerumq; maiora in omni æta
te a tenui fortuna uiris edita, q̃ ab opulẽtis & lo
cupletibus reperiem?. pauper erat Ariſtides, pau
perior Phocio: cuius filiæ poſt mortem patris, q
munus Alexandri centum auri talentorum ma-
gno animo repudiauerat, nubiles tãdiu propter
egeſtatem maritis caruere, donec publica pecu-
nia dotatæ collocarentur. ſed ut Athenienſium
nemo his pauperior remp. attigit, ſic nullus iuſti
tia, frugalitate, magnitudine animi maior fuit,
pares uero q̃ rariſſimi, quorum Ariſtidem cõſtat
non ob aliam cauſam in exilium ſcelere inuidorũ
fuiſſe miſſum, niſi q̃ nimis iuſtus eſſe uideretur,
ut Damon Periclis præceptor, quod nimis ſape
re. Romanorum reſp. ne ſingulos referam, tunc
beatiſſima fuit, & omni uirtute præſtans, cum cõ
ſules & dictatores, ab aratro accerſebantur, tunc
corruit in omne flagitium delapſa, cũ ſuas opes
& diuitias ferre nõ potuit. ergo quæ Fabricii, Re
guli Attilii, Cincinati, ac Gn. Scipiõis ſummorũ

uirorum frugali, & modeſta paupertate creue-
rat cum maxima gloria, eadem Craſſi, Pompeii,
ac Cæſaris ambitioſis opibus turpiter eſt labefa-
ctata. Leop. qn tu democrates pfanas reſp. omit-
tis, & quod huius loci proprium eſt eccleſiaſtica
initia, progreſſum, & hoc uelut ſenium ee memo-
ras? Num tibi par ſanctitas & religio ſacerdotũ
eſſe uidetur, poſtq̃ opes eccleſiaſticæ tam imme-
ſæ creuerunt, & Epiſcopatus nõ modo roman9,
ſed pleriq; etiam alii, uelut regna eſſe cœperunt,
& tũc cum Petrus, cæteriq; apoſtoli ſtipe religio
ſorum hominum alebantur? & paulus dum præ
dicaret euãgelium, nec dies nec noctes operi par
cens uictum ſuis manibus quærebat: aut cũ Cle
mens, Ignati9, Marcellus, Polycarp9, Athanaſi-
us, & cæteri ſanctiſſimi põtifices & epiſcopi par
uo contenti ſic ſacerdotium ſuſcipiebant, ut id
non opulentiam, ſed omnis uirtutis exercitamẽ
tum, & occaſionem martyrii eſſe exiſtimarent.
Dem. iſta quidem leopolde non abhorrent a ue-
ro, nec dubium eſt, quin inter initia naſcentis ec-
cleſiæ, & q̃diu chriſtianum nomen principibus
erat uel inuiſum, uel ſuſpectum, cum cæteri chri-
ſtiani ſanctius uiuerent, & religioſius, tum in pri-
mis ſacerdotes, qui cæterorum quaſi duces erant
in certamine fidei, eorũdemq; liberalitate in dies
aut tenui admodum cenſu uiuebant, q̃ poſt ec-
cleſiæ aſſertam libertatem, auctoritatemq; con-

firmatam, opibusq; munitam, ſed huius mali culpa, ſi æqui iudices eſſe uolumus, in moribus eſt, non in diuitiis, nec. n. unq̃ uicio datũ eſt cuipiã: quod diues eſſet: at multis ꝙ diuitias malis artibus quærerent, uel utcunq; partis ad turpes uoluptates: aut iniuriam & ſuperbiam abuterent. quod pertinet ad morum corruptelam. Leop. quid ſi morum iſta corruptela ex ipſis naſcitur diuitiis? uidemus. n. non quidem omnes: ſed tamen magna ex parte diuites ſuperbos eſſe, & iniurioſos in tenuiores: aut turpibus etiã uoluptatibus ſeruientes: pauperes contra modeſtos ſine alterius iniuria in officio contineri. Dem. At hoc ipſum argumentum eſt, neutrius cauſam eſſe uel diuitias uel paupertatem, ꝙ neq; omnes diuites mali ſunt, nec omnes pauperes boni. quod tamẽ oportuit, ſi aut in diuitiis ineſſet uicium, aut in paupertate uirtus. nec igitur diuitiæ malum ſũt ſponte ſua, nec paupertas bonum, ſed ut ueriſſime tradidit Paulus, omnia munda mundis ſunt, coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum, ſed coinquinatæ ſunt eorum & mens, & cõſcientia. Leop. Cur igitur diuitum: q̃ egenorum plures proportione in uicio ſunt, & maiore iniquitate? Dem. Nempe quia omnes homines procliues ſunt ad malum, & diuites maiorẽ habẽt tũ licentiam, tum etiam occaſionem peccandi, quorum utrunq; pauperibus abeſt. ſed ſi propterea

Ad titũ. 1.

diuitiæ uituperãdæ ſunt,& paupertas laudãda, nimirum eadem ratione perſpicacia, & ſolertia, robur, uenuſtas dabitur uicio, inſcitia, tarditas, infirmitas, fœditas erit in laudibus. ingenioſi enim intelligentes, robuſti, ac pulchri plus fallere, atq; nocere poſſunt, q̃ hebetes imperiti, imbecilli, et deformes. Morum igitur corruptio & prauitas, quibus malis chriſtꝰ & paulus ut mederenť omnem licentiam, peccatiq; occaſioné ſubtractam eſſe uolebant facit, ut diuitiæ plerisq; noceant, paupertas proſit, laboribus & rerum inopia uiam, ad uoluptates & maiores iniurias intercludens. quæ tamen interdum ad rapinas nonnullos, & fraudes, ac periuria traſuerſos agit. nec. n. ſine cauſa romanæ leges, egenorũ teſtimonia, q̃ locupletum minus ponderis habere ſanxerunt. Certe Plato nec opulentiam, nec paupertatem uendicat a magnis incõmodis, utriuſq; tradens comitem eſſe ſtudium rerum nouarum præterea ab illa turpes uoluptates, ſigniticmq; pari, hanc homines efficere maleficos & auaros, ut mediocritatem quandam uir ille diuinus, queadmodum cæteris in rebus, ſic etiam in opibus maxime probare uideatur. Li. 4. de rep.

¶ Leop. obſecro te democrates, queniã opportune Platonem nominaſti, citato loco, ex eo libro, ubi ſic ille remp. conſtituit, ut nihil in ea ſuũ q́ſq; habeat, ſed ſint omnia omnibus communia, pu-

tabimus ne chriſto talem reip. rationem placuiſſe: hoc.n. mihi ſæpe uenit in mentem exiſtimare recolēti & chriſtum maxime homines adhortari ſolitum, ut ſua quiſq; bona relinqueret, & hoc initio a pleriſq; chriſtianis fuiſſe factitatū, qui poſſeſſionibus diſtractis pretium apoſtolis in commune conferebant. Dem. Noli hūc lapidem mouere leopolde, non ſunt omnia ubiq; differenda. Cæterum platonica reſp. non ſolum ab ariſtotele ſummis rationibus confutata eſt in eis libris, quos de rep. conſcripſit, unde ſumere poteris quæ ad hūc locum pertinebunt, ſed hominū etiā uita, magnoq; conſenſu reiecta. quod eſt indubitato argumento, chriſtum nullam talem reip. formam uoluiſſe in hominū uitam īducere. Nefas eſt. n. exiſtimare chriſtū irrito conatu id ægiſſe, atq; in uniuerſum præcepiſſe, quod nulli ciuitati, nulli populo perſuaſerit. nec ſic paulus, cæteriq; apoſtoli docebant, ſed quemadmodum nuptiis celibatum, ſic diuitiis paupertatem præferebant propter uitæ, quam ipſi elegerant perfectionem, non ignari & nuptias, & diuitias eſſe ad humanā, ciuilemq; uitam neceſſarias. Eſt igitur magni & religioſi animi diuitias in paupertate contemnere, in ſecundiore fortuna, eiſdem prudēter uti ad beneficentiam & liberalitatem, & in utraq; conditione uirtutem colere & libertatem retinere, cupiditatibus imperantem. his. n. longe turpius, q̄

Poli. 2.

hominibus ſeruitur, quam quidā, ut Cicero ait, ſe adipiſci poſſe arbitrāť, ſi opes magnas habeāt, alteri ſi contenti ſint, & ſuo & paruo. quorꝫ neutrum abhorret ab ea, de qua tam multa dixim9 animi magnitudine. nec diuitias igiť, ut de gloria diximus, uel optare uel habere turpe ducendum eſt, nec rurſus paupertatem fugere uiciosū. nam qualiacunqꝫ ſiue bona expetere, quatenus modo bona ſunt, ſiue mala uitare, qua talia ſunt nulla lege prohibemur. diuitias autē nemo ignorat, bonis fortunæ annumerari, paupertatē malis. cæterum fortunæ non ea uis eſt, ut quēqꝫ poſſit uel bonum ſecundo flatu, uel malum efficere, ſi reflauerit, qua ratiōe ducti ſtoici nihil in bonis habebant: aut malis: præter uirtutes & uicia, quibus homines boni & uiciſſim mali cenſenť, præpoſita & reiectanea nuncupantes ea, quæ ab ariſtotele cæteriſqꝫ Platonis alūnis corporis uel externa bona & mala nominantur: bonum eſſe ſtatuētibus, quidquid adſciſcit natura: malum. qdquid uiciſſim aſpernatur. Illud tamē dubium nō eſt: quin uirtus ad officioſa munera fungenda ſæpe bonis non ſolum corporis: quod eſt animi uelut inſtrumentum, ſed externis etiam iuuetur. fieri. n. non poteſt, inquit ariſtoteles, aut non facile fit, ut is agat res p̄claras, cui deſunt facultates. Etthi. 1.

Nam liberalitatem exercere uel eodem tacente conſtat: ſine diuitiis poſſe neminem, magnificen

tiam minus, utraq; n. uirtus in pecuniis recte col locandis maxime cernitur, ſed illa in paruis aut mediocribus, hæc in ſumptibus magnis intelligitur. Tranſi ad iuſtitiam, quæ tanq; lucifer dicitur inter cæteras uirtutes elucere, nonne opes illa quaſi neruos deſiderat? quibus non ſuppetentibus, ne ocium quidem ſuppetit ad gerendam rē publicam, magiſtratibus & principibus neceſſarium, nec uires ad impotētium cupiditates coercendas, ipſosq; cum tenuioribus pari iure continēdos. Age uero ciuilem uitam omittamus, quæ haud dubie ſine opibus non conſiſtit, ego ne philoſophantium quidem contemplantiumq; uitæ locum relinqui dico, ſi rem familiarem omnino ſubtraxeris. Nā ut intellect9 in homine ſine uita & ſenſu, quæ res nobis ſunt altera cum ſtirpibus, alter cum beluis cōmunes, ineſſe nō pōt, ſic i magna eſuritione, & nuditate uel grauiori morbo corporis animus a pulcherrimarum, diuinarum q; rerum contemplatione ad quærēdas res uitæ, ac ualetudini neceſſarias ſollicite reuocat. Leop. tu igitur eorum conſilium damnas: qui ſuis facultatibus, ſiquas habebant, reiectis, uiuunt in ocio aliorum liberalitate, tanq; horum uita uiolēta, & contemplationi, ac naturæ legib9 inimica. I nunc & lutheram lacera maledictis, qui ob hoc ipſum monachorum inſtituta nō probat, quia

Ad ephe. 4. uolūt inuitiſſimo Paulo nō laborantes ex alieno

manducare. Dem. lutherum leopolde iube cum ſua inſcitia, uel nefaria potius impietate ualere, cæteros monachos ex ſe ipſo metientem, ego .n. uitam apoſtolicam omni uiuendi rationi præfero, in qua chriſtum ipſum imitantur, qui opere & ſanctitatis exemplo iuuantes plurimos, religioni uacant, & optimarum rerum, doctrinarumq; contemplationi, neq; .n. refert, ad ocium cōtemplationis ex ſuo, an ex alieno neceſſaria ad uitā ſuggerantur, ꝗ̃q; non ex alieno, ſed ex ſibi debita mercede uiuere dicendi ſunt, qui eorum carnalibus, ut inquit Paulus, aluntur, quos ipſi ſpiritalium ſuorum participes effecerunt, docendo admonendo, deumq; peccatis populi ſuccenſentē precibus ſacrificiisq; placādo. Non igitur uituperandum, ſed ſumma laude horum inſtitutū dignum eſſe dico, illud tamen contendo, ne horum quidem uitam ſine opibus conſtare poſſe ſuis, uel alienis. fac. n. eſſe omnes chriſtianos egenos, quis alimenta eſurientibus ſubminiſtrabit? quis nudos ueſtiet? ægrotātes curabit? ꝙ ſi egenis chriſtianis licet in ocio litterarum aut contemplationis alienis opibus uiuere, cur non diuibus ſuis? honeſtis artibus ſine alterius iniuria partis? & cū labore, quemadmodum paulus præcipiebat. Nā qui furabatur inquit, iam non furetur, magis aūt laboret operādo manibus ſuis, quod bonum eſt, ut habeat unde tribuat neceſſitatē patiēti.

Ad Ro. 15.

Ad eph. 4.

¶Leop. Recte democrates mihi quidē uideris,
& ingenioſe diuitiarum cauſam peroraſſe, ſed
dicat fortaſſe quiſpiam, neq; ad liberalitatē, nec
ad magnificentiam: cæteraſq; uirtutes colendas
opus eſſe diuitiis, primum quia natura, cuius le
gibus ipſe tantopere patrocinaris, paruo & pa-
rabili contenta eſt, deinde quia ratio uirtutem ef
ficiens non in opere poſita eſt, ſed in animo, &
uoluntate. ſiquis.n. ſic animatus affectuſq; ſit in
ſumma paupertate, ut ſi diuitiæ ſibi contingant,
eis ſit ad liberalitatem, ac magnificentiam perli
benter uſurus, hunc credo nemo negabit, liberalē
eſſe atq; magnificum, eadem ac in criminibus ra
tione, quorum aliqua cogitata dūtaxat, ciuilibus
Ethi. 10. quoq; legibus capitali ſupplicio uindicātur. Nā
q; ait Ariſtoteles, uirtutes operibus indicari, cum
uoluntates lateant, & iniuſti quandoq; iuſte agē
di uoluntatem mentiantur, hoc ad uirtutis decla
rationem pertinet, hominumq; notitiam, non ad
rem aut eiuſdem rationem, cuius efficiens uolun
tas homines fallere poteſt, deum non poteſt, cor
da humana perſcrutantem, & apud quem gloria
cuiuſq; eſt ſuæ conſcientiæ teſtimonium. homini
bus.n. ſuademus, deo autem manifeſti ſummus.
2. ad Cor. 1. ut ait Paulus. Et chriſtus quicunq; mulierem
Matth. 5. uiderit ad concupiſcendum, iam mœchatus inq̃t
eſt eā in corde ſuo. quod de libidine & adulterio
dictum ad omnia peccata & contrarias uirtutes

conſenſu doctiſſimorum cõmodiſſime trãſfert. Nam uiduam pauperculam, quæ miſit æra duo minuta ĩ gazophylaciũ plusq̃ diuites oẽs miſiſ Lu.21 ſe idem chriſtus teſtatus eſt, propter maiorẽ uide licet animi eius liberalitatem. ſi. n. uoluntas prõ pta eſt (ut inquit paulus) ſecundũ id q̃d habet ac 2. ad cor. 8. cepta eſt, non ſecũdũ id, quod nõ habet. Quid q̃ actiões externæ per ſe nec honeſtæ ceſentur eſſe, nec turpes, ut internis accedentes ipſas honeſtio res reddant, aut turpiores. Nam cum ab inuitis eduntur, aut per ignorantiam, breuiter cum uolũ tas ab eſt, nec laudi tribuuntur, nec uituperio, & minima ſunt inſitæ uirtutis: aut uicii documẽta. Adde q̃ ſi quando uidentur obiri uoluntarie, tũ tunc neceſſitate quadã naturali parent imperio conſtantis, ac certæ uoluntatis: ut hac quoq; ra tione nec apud deum, nec apud homines laudẽ & gloriam, aut res contrarias mereantur. Dem. Non ego leopolde cum diuitias a ieiuna quorũ dam, & ſi uerum fari licet, ambitioſa ſeueritate aſſero, Cræſi, aut Midæ theſauros ad uitam du cendam præſertim priuatam deſiderari dico. Nam ut cæteris in rebus, ſic in diuitiis mod⁹ eſt optimo cuiq; tenendus, tantumq; rei familiaris auctore philoſopho deſiderandum, quantum ſa Eth. 10. tis ſit, ad ſumptus & neceſſarios & liberales, non ſolum nobis pro cuiuſq; conditione, ſed etiam iis: quibus tenemur ex nr̃is facultatibus impar

tiri præſertim domeſticis,qui noſtræ fidei ſur t le ge naturæ:atq; diuina commiſſi. Nam qui ſuo-
1. Tim. 5. rum,& maxime domeſticorum (ut Paulus) teſta tur,curam non habet,is fidem negauit, & eſt infi deli deterior. Itaq; homo ciuilis (ut docet Ariſto teles) & qui ſe rebus agendis tradidit ,ut multis aliis rebus,ſic opibus indiget ad res gerendas, & quo maiores & clariores, hoc etiam pluribus. honorati.n.nobileſq;.ciues plurib9 indigēt,q̃ ob ſcuri,& ignoti .Nam Reges & principes ſine ma gnis opib9 infirmi ſunt,ab hoſtibuſq; deſpiciũt. qui uero philoſophiæ ſe,cõtemplationiq; dedũt, hi diuitiis parum indigent, quæ ipſis potius im pedimento ſunt ad contemplationem. paruo igi tur contenti eſſe debent. præſertim ſuo. ſtudia.n. litterarum ocium in primis requirũt,& animi trã quillitatem.quorum utrũq; egeſtas excludit, niſi adſint neceſſaria ad uictum,reliquũq; cultum. ſi
Ethi. 10. ne quib9 negat Ariſtoteles,naturam ſufficere ad contemplandũ. Eſt tamẽ genus quoddam philo ſophandi,quod non tam in doctrinis uerſatur,& ſtudio litterarum, q̃ in commentatione mortis, & cohibitione humanæ cupiditatis,ſuperbiæ ac peruicaciæ.hæc.n.niſi cunctis rationibus coerce antur,nos ducunt (ut Paulus ait) in interitum & in laqueum diaboli. quibus malis ut occurrant, qui ad hunc modum philoſophantur, homines egregia in deum pietate,ac religione per omnem

laborem

laborem,curã,ſollicitudinem, affligere ſibi pro-
poſuerunt,& quaſi domare corpora ſua, & affe-
ctus,omneſq; carnis,quæ militat aduerſus ſpiri-
tum,prauas appetentias refrenare. qui omnes
paupertatem in primis ſuſcipiunt, & profitētur,
ſed ita ut ipſorum quidã diuitias uniuerſi habeãt
in cõe,unde alantur,ſinguli nihil omnino ſuum,
alii tam publice,q̃ priuatim egeni uiuant in diẽ
ſtipe ab hominibus religioſis,ac liberalibus emẽ
dicata:utriq; ſanctitatẽ egregie,pietatẽq; colẽtes,
utriq; ex parte uitam apoſtolorum imitãtes. Ho
rum igitur inſtituto paupertas,aut etiam mendi
citas uel accerſita conuenit,nuditaſq;, ac omnis
uitæ difficultas. hi ſunt in primis de quibus ait
chriſtus,beati pauperes,beati qui lugent, beati q Matth.5.
eſuriunt.ad talem quandam,aut huic non multũ
abſimilem uitam & chriſtus, & Paulus hoẽs ad-
hortabantur, quos diuitias ut abiicerent com-
monebant.ſed q̃q̃ hæc perfectiſſima,proximaq;
uia eſt,& quaſi compendiaria ad uitam æternã,
non tamen ſola,nec prorſus neceſſaria putari de
bet. Nam in domo dei patris,manſiones multæ Io.14.
ſunt,ad quas,ut Paulus ait,non omnes una, ſed 1.Cor.7.
alius alia uia progreditur. diuiſiones.n. gratiarũ
& operationum ſunt,idem uero deus, qui opera 1.Cor.12.
tur omnia in omnibus. ſicut.n. in uno corpore
multa membra habem9,omnia autem membra
non eundem actum habent,ita multi unum cor- AdRo.12.

pus ſumus in Chriſto ſinguli autem alter alteriꝰ
I membra, habentes donationes ſecundum gratiã,
quæ data eſt nobis differentes in quarum dona-
tionum commemoratiõe nõ præter miſit Paulꝰ
liberalitatis opus, quod eſt fructus diuitiarum,
Ro. 12. cũ ait, Qui tribuit in ſimplicitate. Porro Chriſtꝰ
cum apoſtolos mitteret ad prædicandum euan-
gelium, apud opimam quęq; urbes ingreſſos di
uerſari, eorũq; liberalitate, quæ ſine opibꝰ nõ præ
ſtatur, uti præcipiebat, illud adiciẽs. Qui recipit
[illegible] uos, me recipit, & qui me recipit, recipit eum, qui
me miſit. Qui recipit prophetã in nomine pro-
phetæ, mercedem prophetæ accipiet, qui recipit
iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet.
Et quicunq; dederit uni ex minimis iſtis uel calicẽ
aquæ frigidæ in nomine diſcipuli, amen dico uo
bis non perdet mercedem ſuam. Non igitur pau
Ethi peribus tantum adiutis eſt ad regnum cælorum,
[illegible] qui pauperes & iuſtos
ſuis opibus liberaliter [illegible] illos, ſic hos
ſore in die iudicii ad dexteram dei, pollicitus eſt
Chriſtꝰ, & audituros ab ipſo ſummo iudice, Veni
[illegible] te benedicti patris mei, poſſidete paratum uobis
regnum a conſtitutione mundi. [illegible] dediſtis
mihi manducare, [illegible] & dediſtis mihi bibere, [illegible]
[illegible] quod [illegible] feciſtis uni
[illegible] minimis, mihi feciſtis. Itaq; Pau
Ti. 6. lus [illegible] diuitibus huius ſæculi

præcipiat,non diuitias abiicere (ſciebat enim,ut Chryſoſtom⁹ interpretatur, diuitias nō eſſe prohibitas) ſed non efferri,non ſperare in incerto diuitiarum,bene agere,facile tribuere,& communicare. Neq; n. diuitias expauit Paulus,ut inquit Auguſtin⁹, ſed morbum diuitiarum, hoc eſt ſuperbiam. Diuitiæ igitur bonis & chriſtianis hominibus tantum abeſt,ut noceant,ut præbeant etiam multas ad uirtutem & religionem colendam & exornādam commoditates. ſunt.n. quaſi caput & fons beneficentiæ & liberalitatis, qua pauperes ſubleuantur,& magiſtri morum,ac religionis ſacrorūq; præfecti aluntur, templa ſurgūt,& exornantur,eã magnificentia quædam dotata , ut cenſus non modo procurandis faciēdisq; ſacris, & ipſorum miniſtris alendis ſufficiant,ſed etiam ad multorum pauperum indigentiam alleuandam. Qui cēſus ſi ab epiſcopis quibuſdam,aliis ue ſacerdotibus male adminiſtrantur,qui nō domini,ſed quaſi quæſtores & diſpenſatores ſunt eccleſiaſticarum opum,hæc culpa morū (ut ante dicebam) eſt,non diuitiarum. Iuſti.n.ac religioſi epiſcopi,& ſacerdotes,quo ditiores, hoc ſanctiores ſunt & reip. magis utiles,plurimis hominib⁹ pupillis,& uiduis , egeniſq; cæteris eccleſiaſtica bona ſedulo pro ſibi commiſſo munere impartiētes. Et ꝑfecto leopolde ſi æqui eſſe uolumus,nec ſtudioſe ,ut quidam,ſacerdotibus obtrectare,quã

Aug. in ſerm. de ver. euan.

firmatam,opibusq; munitam,ſed huius mali culpa,ſi æqui iudices eſſe uolumus, in moribus eſt, non in diuitiis,nec,n,unq; uicio datũ eſt cuipiã: quod diues eſſet:at multis q diuitias malis artibus quærerent,uel utcunq; partis ad turpes uoluptates:aut iniuriam & ſuperbiam abuterent. quod pertinet ad morum corruptelam. Leop. quid ſi morum iſta corruptela ex ipſis naſcitur diuitiis?uidemus,n,non quidem omnes: ſed tamen magna ex parte diuites ſuperbos eſſe,& iniurioſos in tenuiores:aut turpibus etiã uoluptatibus ſeruientes:pauperes contra modeſtos ſine alterius iniuria in officio contineri. Dem. At hoc ipſum argumentum eſt,neutrius cauſam eſſe uel diuitias uel paupertatem,q neq; omnes diuites mali ſunt,nec omnes pauperes boni,quod tamẽ oportuit,ſi aut in diuitiis ineſſet uicium, aut in paupertate uirtus,nec igitur diuitiæ malum ſũt ſponte ſua,nec paupertas bonum,ſed ut uerisſime tradidit Paulus,omnia munda mundis ſunt, coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum,ſed coinquinatæ ſunt eorum & mens, & cõſcientia. Leop. Cur igitur diuitum: q̃ egenorum plures proportione in uicio ſunt, & maiore iniquitate? Dem. Nempe quia omnes homines procliues ſunt ad malum,& diuites maiorẽ habẽt tũ licentiam,tum etiam occaſionem peccandi, quorum utrunq; pauperibus abeſt, ſed ſi propterea

Ad titũ. 1.

diuitiæ

diuitiæ uituperãdæ ſunt, & paupertas laudãda, nimirum eadem ratione perſpicacia, & ſolertia, robur, uenuſtas dabitur uicio, inſcitia, tardi-tas, infirmitas, fœditas erit in laudibus. ingenioſi enim intelligentes, robuſti, ac pulchri plus fal-lere, atq; nocere poſſunt, q̃ hebetes imperiti, imbecilli, et deformes. Morum igitur corruptio & prauitas, quibus malis chriſt⁹ & paulus ut me derenť omnem licentiam, peccatiq; occaſionẽ ſubtractam eſſe uolebant facit, ut diuitiæ pleriſ-q; noceant, paupertas proſit, laboribus & rerum inopia uiam, ad uoluptates & maiores iniurias intercludens. quæ tamen interdum ad rapinas nonnullos, & fraudes, ac periuria traſuerſos agit. nec. n. ſine cauſa romanæ leges, egenorũ teſtimo nia, q̃ locupletum minus ponderis habere ſanxe runt. Certe Plato nec opulentiam, nec pauperta-tem uendicat a magnis incõmodis, utriuſq; tra-dens comitem eſſe ſtudium rerum nouarum præ terea ab illa turpes uoluptates, ſignitiemq; pa ri, hanc homines efficere maleficos & auaros, ut mediocritatem quandam uir ille diuinus, queãd-modum cæteris in rebus, ſic etiam in opibus ma xime probare uideatur. Li. 4. de rep.

¶ Leop. obſecro te democrates, quoniã opportu ne Platonem nominaſti, citato loco, ex eo libro, ubi ſic ille remp. conſtituit, ut nihil in ea ſuũ q́ſq; habeat, ſed ſint omnia omnibus communia, pu-

tabimus ne chriſto talem reip.rationem placuiſ-
ſe?hoc.n.mihi ſæpe uenit in mentem exiſtimare
recolēti & chriſtum maxime homines adhortari
ſolitum,ut ſua quiſq; bona relinqueret,& hoc ini-
tio a pleriſq; chriſtianis fuiſſe factitatū, qui poſ-
ſeſſionibus diſtractis pretium apoſtolis in com-
mune conferebant.Dem.Noli hūc lapidem mo
uere leopolde,non ſunt omnia ubiq; diſſerenda.
Cæterum platonica reſp.non ſolum ab ariſtote-
Poli.2. le ſummis rationibus confutata eſt in eis libris,
quos de rep. conſcripſit, unde ſumere poteris
quæ ad hūc locum pertinebunt,ſed hominū etiā
uita,magnoq; conſenſu reiecta.quod eſt indubi
tato argumento,chriſtum nullam talem reip.for
mam uoluiſſe in hominū uitam īducere. Nefas
eſt.n.exiſtimare chriſtū irrito conatu id ægiſſe,
atq; in uniuerſum præcepiſſe,quod nulli ciuitati,
nulli populo perſuaſerit.nec ſic paulus,cæteriq;
apoſtoli docebant,ſed quemadmodum nuptiis
celibatum,ſic diuitiis paupertatem præferebant
propter uitæ,quam ipſi elegerant perfectionem,
non ignari & nuptias,& diuitias eſſe ad humanā,
ciuilemq; uitam neceſſarias.Eſt igitur magni &
religioſi animi diuitias in paupertate contemne-
re,in ſecundiore fortuna,eiſdem prudēter uti ad
beneficentiam & liberalitatem,& in utraq; con-
ditione uirtutem colere & libertatem retinere, cu
piditatibus imperantem.his.n.longe turpius.q̄

hominibus ſeruitur, quam quidã, ut Cicero ait, ſe adipiſci poſſe arbitrãť, ſi opes magnas habeãt, alteri ſi contenti ſint, & ſuo & paruo. quoq; neutrum abhorret ab ea, de qua tam multa dixim⁹ animi magnitudine. nec diuitias igiť, ut de gloria diximus, uel optare uel habere turpe ducendum eſt, nec rurſus paupertatem fugere uicioſũ. nam qualiacunq; ſiue bona expetere, quatenus modo bona ſunt, ſiue mala uitare, qua talia ſunt nulla lege prohibemur. diuitas autẽ nemo ignorat, bonis fortunæ annumerari, paupertatẽ malis. cæterum fortunæ non ea uis eſt, ut quẽq; poſſit uel bonum ſecundo flatu, uel malum efficere, ſi reflauerit, qua ratiõe ducti ſtoici nihil in bonis habebant: aut malis: præter uirtutes & uicia, quibus homines boni & uiciſſim mali cenſenť, præpoſita & reiectanea nuncupantes ea, quæ ab ariſtotele cæteriſq; Platonis alũnis corporis uel externa bona & mala nominantur: bonum eſſe ſtatuẽtibus, quidquid adſciſcit natura: malum. qdquid uiciſſim aſpernatur. Illud tamẽ dubium nõ eſt: quin uirtus ad officioſa munera fungenda ſæpe bonis non ſolum corporis: quod eſt animi uelut inſtrumentum, ſed externis etiam iuuetur. fieri. n. non poteſt, inquit ariſtoteles, aut non facile fit, ut is agat res p̃claras, cui deſunt facultates. Etthi. 1
Nam liberalitatem exercere uel eodem tacente conſtat: ſine diuitiis poſſe neminem, magnificen-

tiam minus, utraq; .n. uirtus in pecuniis recte col locandis maxime cernitur, ſed illa in paruis aut mediocribus, hæc in ſumptibus magnis intelligitur. Tranſi ad iuſtitiam, quæ tanq̃ lucifer dicitur inter cæteras uirtutes elucere, nonne opes illa quaſi neruos deſiderat? quibus non ſuppetentibus, ne ocium quidem ſuppetit ad gerendam rẽ publicam, magiſtratibus & principibus neceſſarium, nec uires ad impotẽtium cupiditates coercendas, ipſoſq; cum tenuioribus pari iure contińẽdos. Age uero ciuilem uitam omittamus, quæ haud dubie ſine opibus non conſiſtit, ego ne philoſophantium quidem contemplantiumq; uitæ locum relinqui dico, ſi rem familiarem omnino ſubtraxeris. Nã ut intellect⁹ in homine ſine uita & ſenſu, quæ res nobis ſunt altera cum ſtirpibus, alter cum beluis cõmunes, ineſſe nõ põt. ſic ĩ magna eſuritione, & nuditate uel grauiori morbo corporis animus a pulcherrimarum, diuinarumq; rerum contemplatione ad quærẽdas res uitæ, ac ualetudini neceſſarias ſollicite reuocat. Leop. tu igitur eorum conſilium damnas: qui ſuis facultatibus, ſiquas habebant, reiectis, uiuunt in ocio aliorum liberalitate, tanq̃ horum uita uiolẽta, & contemplationi, ac naturæ legib⁹ inimica. I nunc & lutherum lacera maledictis, qui ob hoc ipſum monachorum inſtituta nõ probat, quia
Ad ephe. 4. uolũt inuitiſſimo Paulo nõ laborantes ex alieno

manducare. Dem. lutherum leopolde iube cum ſua inſcitia, uel nefaria potius impietate ualere, cæteros monachos ex se ipſo metientem, ego .n. uitam apoſtolicam omni uiuendi rationi præfero, in qua chriſtum ipſum imitantur, qui opere & ſanctitatis exemplo iuuantes plurimos, religioni uacant, & optimarum rerum, doctrinarumq́; contemplationi, neq;.n. refert, ad ocium cōtemplationis ex ſuo, an ex alieno neceſſaria ad uitã ſuggerantur, q̃q̃ non ex alieno, ſed ex ſibi debita mercede uiuere dicendi ſunt, qui eorum carnalibus, ut inquit Paulus, aluntur, quos ipſi ſpiritalium ſuorum participes effecerunt, docendo admonendo, deumq; peccatis populi ſuccenſentẽ precibus ſacrificiisq; placãdo. Non igitur uituperandum, ſed ſumma laude horum inſtitutũ dignum eſſe dico, illud tamen contendo, ne horum quidem uitam ſine opibus conſtare poſſe ſuis, uel alienis. fac.n. eſſe omnes chriſtianos egenos, quis alimenta eſurientibus ſubminiſtrabit? quis nudos ueſtiet? ægrotãtes curabit? q̃p ſi egenis chriſtianis licet in ocio litterarum aut contemplationis alienis opibus uiuere, cur non diuitibus ſuis? honeſtis artibus ſine alterius iniuria partis? & cũ labore, quemadmodum paulus præcipiebat. Nã qui furabatur inquit, iam non furetur, magis aũt laboret operãdo manibus ſuis, quod bonum eſt, ut habeat unde tribuat neceſſitatẽ patiẽti.

Ad Ro. 15.

Ad eph. 4.

¶Leop. Recte democrates mihi quidē uideris, & ingenioſe diuitiarum cauſam peroraſſe, ſed dicat fortaſſe quiſpiam, neq; ad liberalitatē, nec ad magnificentiam: cæteraſq; uirtutes colendas opus eſſe diuitiis, primum quia natura, cuius legibus ipſe tantopere patrocinaris, paruo & parabili contenta eſt, deinde quia ratio uirtutem efficiens non in opere poſita eſt, ſed in animo, & uoluntate. ſiquis.n. ſic animatus affectusq; ſit in ſumma paupertate, ut ſi diuitiæ ſibi contingant, eis ſit ad liberalitatem, ac magnificentiam perlibenter uſurus, hunc credo nemo negabit, liberalē eſſe atq; magnificum, eadem ac in criminibus ratione, quorum aliqua cogitata dūtaxat, ciuilibus quoq; legibus capitali ſupplicio uindicātur. Nā q ait Ariſtoteles, uirtutes operibus indicari, cum uoluntates lateant, & iniuſti quandoq; iuſte agēdi uoluntatem mentiantur, hoc ad uirtutis declarationem pertinet, hominumq; notitiam, non ad rem aut eiuſdem rationem, cuius efficiens uoluntas homines fallere poteſt, deum non poteſt, corda humana perſcrutantem, & apud quem gloria cuiuſq; eſt ſuæ conſcientiæ teſtimonium. hominibus.n. ſuademus, deo autem manifeſti ſummus. ut ait Paulus. Et chriſtus quicunq; mulierem uiderit ad concupiſcendum, iam mæchatus inqt eſt eā in corde ſuo. quod de libidine & adulterio dictum ad omnia peccata & contrarias uirtutes

Ethi. 10.

2. ad Cor. 1.

Matth. 5.

…arium diſpo…tionis penam …penis…

conſenſu doctiſſimorum cōmodiſſime trāſfert. Nam uiduam pauperculam, quæ miſit æra duo minuta ī gazophylaciū plusq̧ diuites oēs miſiſ Lu. 21
ſe idem chriſtus teſtatus eſt, propter maiorē uidelicet animi eius liberalitatem. ſi. n. uoluntas prō-
pta eſt (ut inquit paulus) ſecundū id q̄d habet accepta eſt, non ſecūdū id, quod nō habet. Quid ꝙ 2. ad cor. 8.
actiōes externæ per ſe nec honeſtæ ceſentur eſſe, nec turpes, ut internis accedentes ipſas honeſtiores reddant, aut turpiores. Nam cum ab inuitis eduntur, aut per ignorantiam, breuiter cum uolūtas ab eſt, nec laudi tribuuntur, nec uituperio, & minima ſunt inſitæ uirtutis: aut uicii documēta. Adde ꝙ ſi quando uidentur obiri uoluntarie, tū tunc neceſſitate quadā naturali parent imperio conſtantis, ac certæ uoluntatis: ut hac quoq̧ ratione nec apud deum, nec apud homines laudē & gloriam, aut res contrarias mereantur. Dem. Non ego leopolde cum diuitias a ieiuna quorūdam, & ſi uerum fari licet, ambitioſa ſeueritate aſſero, Cræſi, aut Midæ theſauros ad uitam ducendam præſertim priuatam deſiderari dico. Nam ut cæteris in rebus, ſic in diuitiis mod⁹ eſt optimo cuiq̧ tenendus, tantumq̧ rei familiaris auctore philoſopho deſiderandum, quantum ſa Eth. 10.
tis ſit, ad ſumptus & neceſſarios & liberales, non ſolum nobis pro cuiuſq̧ conditione, ſed etiam iis: quibus tenemur ex nr̄is facultatibus impar-

tiri præſertim domeſticis, qui noſtræ fidei ſur t le ge naturæ: atq; diuina commiſſi. Nam qui ſuorum, & maxime domeſticorum (ut Paulus) teſtatur, curam non habet, is fidem negauit, & eſt infideli deterior. Itaq; homo ciuilis (ut docet Ariſtoteles) & qui ſe rebus agendis tradidit, ut multis aliis rebus, ſic opibus indiget ad res gerendas, & quo maiores & clariores, hoc etiam pluribus; honorati. n. nobileſq; ciues plurib⁹ indigẽt, q̃ obſcuri, & ignoti. Nam Reges & principes ſine magnis opib⁹ infirmi ſunt, ab hoſtibuſq; deſpiciũt, qui uero philoſophiæ ſe, cõtemplationiq; dedũt, hi diuitiis parum indigent, quæ ipſis potius impedimento ſunt ad contemplationem. paruo igitur contenti eſſe debent. præſertim ſuo. ſtudia. n. litterarum ocium in primis requirũt, & animi trãquillitatem. quorum utrũq; egeſtas excludit, niſi adſint neceſſaria ad uictum, reliquũq; cultum. ſine quib⁹ negat Ariſtoteles, naturam ſufficere ad contemplandũ. Eſt tamẽ genus quoddam philoſophandi, quod non tam in doctrinis uerſatur, & ſtudio litterarum, q̃ in commentatione mortis, & cohibitione humanæ cupiditatis, ſuperbiæ ac peruicaciæ. hæc. n. niſi cunctis rationibus coerceantur, nos ducunt (ut Paulus ait) in interitum & in laqueum diaboli. quibus malis ut occurrant, qui ad hunc modum philoſophantur, homines egregia in deum pietate, ac religione per omnem

laborem

1. Tim. 5.

Ethi. 10.

laborem,curã,ſollicitudinem, affligere ſibi pro-
poſuerunt,& quaſi domare corpora ſua, & affe-
ctus,omneſq; carnis,quæ militat aduerſus ſpiri-
tum,prauas appetentias refrenare. qui omnes
paupertatem in primis ſuſcipiunt, & profitẽtur,
ſed ita ut ipſorum quidã diuitias uniuerſi habeãt
in cõe,unde alantur,ſinguli nihil omnino ſuum,
alii tam publice,q̃ priuatim egeni uiuant in diẽ
ſtipe ab hominibus religioſis,ac liberalibus emẽ
dicata:utriq; ſanctitatẽ egregie,pietatẽq; colẽtes,
utriq; ex parte uitam apoſtolorum imitãtes. Ho
rum igitur inſtituto paupertas,aut etiam mendi
citas uel accerſita conuenit,nuditaſq;, ac omnis
uitæ difficultas, hi ſunt in primis de quibus ait
chriſtus,beati pauperes,beati qui lugent, beati q Matth. 5.
eſuriunt.ad talem quandam,aut huic non multũ
abſimilem uitam & chriſtus, & Paulus hoẽs ad-
hortabantur, quos diuitias ut abiicerent com-
monebant.ſed q̃q̃ hæc perfectiſſima,proximaq;
uia eſt,& quaſi compendiaria ad uitam æternã,
non tamen ſola,nec prorſus neceſſaria putari de
bet. Nam in domo dei patris,manſiones multæ Io. 14.
ſunt,ad quas,ut Paulus ait,non omnes una, ſed 1. Cor. 7.
alius alia uia progreditur. diuiſiones.n. gratiarũ
& operationum ſunt,idem uero deus, qui opera 1. Cor. 12.
tur omnia in omnibus. ſicut .n. in uno corpore
multa membra habem9,omnia autem membra
non eundem actum habent,ita multi unum cor- Ad Ro. 12.

pus ſumus in Chriſto ſinguli autem alter alteri⁹
membra, habentes donationes ſecundum gratiā,
quæ data eſt nobis differentes in quarum dona-
tionum commemoratiōe nō præter miſit Paul⁹
liberalitatis opus, quod eſt fructus diuitiarum,
Ro.12. cū ait, Qui tribuit in ſimplicitate. Porro Chriſt⁹
cum apoſtolos mitteret ad prædicandum euan-
gelium, apud optimum quēq; urbes ingreſſos di
uerſari, eiuſq; liberalitate, quæ ſine opib⁹ nō præ
ſtatur, uti præcipiebat: illud adiiciēs. Qui recipit
Io.14. uos, me recipit, & qui me recipit, recipit eum, qui
me miſit, Qui recipit prophetā in nomine pro-
phetæ, mercedem prophetæ accipiet, qui recipit
iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet.
Et quicūq; dederit uni ex minimis iſtis uel calicē
aquæ frigidæ in nomine diſcipuli, amen dico uo
bis non perdet mercedem ſuam. Non igitur pau
peribus tantum aditus eſt ad regnum cælorum,
ſed iis etiam nihilominus, qui pauperes & iuſtos
ſuis opibus liberaliter fouent, ut eni illos, ſic hos
fore in die iudicii ad dexteram dei, pollicitus eſt
Chriſt⁹, & audituros ab ipō ſummo iudice, Veni
Math.xxv. te benedicti patris mei, poſſidete paratum uobis
regnū a conſtitutione mundi. eſuriui .n. dediſtis
mihi manducare, ſitiui & dediſtis mihi bibere, nu
dus eram, cooperuiſts me. quidqd .n. feciſtis uni
ex iſtis fratribus minimis, mihi feciſtis, Itaq; Pau
Ti.6. lus Timotheum iubet, ut di uitibus huius ſæculi

præcipiat,non diuitias abiicere (ſciebat enim,ut Chryſoſtom⁹ interpretatur, diuitias nõ eſſe prohibitas) ſed non efferri,non ſperare in incerto diuitiarum,bene agere,facile tribuere,& communicare. Neq;.n. diuitias expauit Paulus,ut inquit Auguſtin⁹, ſed morbum diuitiarum, hoc eſt ſuperbiam. Diuitiæ igitur bonis & chriſtianis hominibus tantum abeſt,ut noceant,ut præbeant etiam multas ad uirtutem & religionem colendam & exornãdam commoditates. ſunt.n. quaſi caput & fons beneficentiæ & liberalitatis, qua pauperes ſubleuantur,& magiſtri morum,ac religionis ſacrorũq; præfecti aluntur, templa ſurgũt,& exornantur,eá magnificentia quædam dotata , ut cenſus non modo procurandis faciẽdisq; ſacris, & ipſorum miniſtris alendis ſufficiant,ſed etiam ad multorum pauperum indigentiam alleuandam. Qui cẽſus ſi ab epiſcopis quibuſdam,aliisue ſacerdotibus male adminiſtrantur,qui nõ domini,ſed quaſi quæſtores & diſpenſatores ſunt eccleſiaſticarum opum,hæc culpa morũ (ut ante dicebam) eſt,non diuitiarum. Iuſti.n.ac religioſi epiſcopi,& ſacerdotes,quo ditiores, hoc ſanctiores ſunt & reip.magis utiles,plurimis hominib⁹ pupillis,& uiduis , egeniſq; cæteris eccleſiaſtica bona ſedulo pro ſibi commiſſo munere impartiẽtes. Et ꝑfecto leopolde ſi æqui eſſe uolumus,nec ſtudioſé ,ut quidam,ſacerdotibus obtrectare,quã

Aug. in ſerm. de ver. euan.

q̃ ipſorum quidam bonis eccleſiaſticis abutant̃
illud tamen confiteri neceſſe eſt,eorum bonorum
maximam partem a ſacerdotibus in uſus pau-
perũ diſtribui. cæteros.n.ciues etiam diuitiis af
fluentes,timide & cum pudore quiſq; ſanguine
proximorum rogare ſuſtinet,ut aliquid ſibi ino-
pia laboranti impartiatur de magnis opibus,ad
filiam exempli gratia collocandam,aut alias ui-
tæ neceſſitates tolerandas, ne quaſi filiis, aut ne-
potibus,quoꝝ eſt ius hæreditariũ,iniuriã faciẽtes
repellantur.a ſacerdotibus aũt nõ ſolum fratres
& ſorores,ſed horum etiam filii,cæteriq; conſan
guinei tam incunctanter iuuari ſe petũt, ut non
precari,ſed optimo ſuo iure poſtulare uideantur.
itaq; uelis nolis, dandum eſt opportũe, impor-
tune flagitantibus,& rationem plerumq;, ſi tuã
indigentiam excuſſes, accepti & expenſi repoſcẽ
tibus,ita fit ut maxima pars cẽſus ad pauperes
p̃ſertim cõſanguineos perueniat,ſaluo iure chari
tatis,quæ rationem ſequitur neceſſitudinum na
turalium.

¶ Quod uero aiebas,uirtutem etiam ſine opere
conſtare,propterea q̃ uirtutis ratio,quemadmo
dũ uiciorum tota in animo, & uoluntate poſita
ſit,tibi uehementer aſſentior,ſi hoc dicis,hactenꝰ
quodq; crimini uerti,aut uirtuti tribui,quatenus
eſt uoluntarium,aliter.n.nullius factum neq; ui,
neq; ignorantia excuſaretur,ſed uolũtatis eſt, nõ

ſolum agenda uelle,ſed ut fiant,cæteris potētiis, imperare,quod plerumq; ſimul fit, atq; eodem motu,quem philoſophi iuniores, donec animo & uoluntate cōtinetur,actum elicitum appellāt. nam ſi uoluntatis imperio cæteræ potentiæ pareant,& munus exequantur,harum quoq; opus ad uoluntatem refertur,quaſi ad fontē & auctorem, uocaturq; actus uoluntatis imperatus,& uterq; uno nomine dicitur humanus actus.propterea quod homo,quaten⁹ homo eſt,particeps q; rationis,per liberum arbitrium, quod uoluntatem conſueuim⁹ appellare, utriusq; principium exiſtit. Cæterū talis actio non ſolum habet per ſe quidq; honeſtatis uel turpitudinis, ſed utraq; re uincit etiā electionem. Vt.n.uelle, ſic ēt agere hominis eſſe finis ſtatuit. Cum finis cuiusq; rei, ſit propria ipſius operatio,ut finis equi eſt currere,pecuarii canis,pecus a maleficis animalib⁹ cuſtodire, & quot operationes tot fines habeantur, quorum philoſopho teſte,eo quiſq; potior ē,quo perfectior,eſt autem perfectior ex duobus is,qui ſi contingat,alter non deſideretur, imperfectior contra,poſt quem alterum præterea requirim⁹. Vt ſi adſit iuſtitia (utar.n.eiuſdē ariſtotelis exēplo) alia tamen deſideram⁹, ſi felicitas, hac una contenti ſum⁹,quo perſpicue intelligit felicitas iuſticiæ,cuius nomine uirtutes omnes contineri tur præſtare, Cum igit duæ ſint propriæ homi-

1.&.x.Ethi.

ar.1.magnorum moraliū

nis actiones & fines citra ultimum, bene uelle, & bene agere, & bona uoluntate ſuppetente, actio quoq; deſideret, poſt bonam actionem, non itẽ bona uoluntas requiratur, quippe quæ bona actione continetur, ut in felicitate iuſticia, dubitari non debet, quin bene agere, q̃ bene uelle perfectior finis, ac proinde præſtantior, & honeſtior habeatur, quæ ratio eadem eſt in peccatis. Age uero, ut rem accuratiꝰ perquiramus, ſi finis cuiuſq; rei eſt, quo fertur eadem ac intuet̃, nõne actio, quo fungi uult quiſq;, uoluntatis eius proximus
6. Metaphi. erit finis? Nam uerum & falſum, quæ ſpectat intellectus, ut philoſophi docent, in mente ſunt, bonum & malum, quæ uoluntas in tuetur in rebus habetur. finem porro in rebus agendis principẽ eſſe, nõ eſt philoſophi dubitare. Itaq; ſi ueꝝ quærimus, idcirco uoluntas bona eſt, & honeſta, q̃m opus ipſum quod molitur, eſt bonum & honeſtũ.
Ethi. 10. Huc enim ualet, quod tradidit Ariſtoteles, honeſtarum rerum cupiditates laudandas eſſe, turpium uituperãdas, ut dubium nõ ſit, quin actiones uoluntati præferantur. Nam propter quod
Poſt. 1. unumquodq; tale eſt, id magis eſſe tale, rata ſententia eſt philoſophorũ. Leop. Voluntatem igitur bonam eſſe dicis, q̃m opus, quod editur eſt bonum? Dem. Num miraris, ſi ut cæterarũ reꝝ, ſic animi honeſtatem ex ipſius fine metior au
3. Ethi. ctore philoſopho, qui ſuo rem quanq; fine decer-

ni teſtatur. Leop. Act⁹ externus, ſi uolũtas abſit quæ eſt appetitus cum ratione, nec honeſtus hr̃ nec turpis. Nã idem Ariſtoteles negat, ullã eſſe uel bonam, uel malam actionem ſine intelligentia & more, quod pertinet ad electiõem. Itaq; nec turpia uituperãda eſſe tradit nec honeſta laudãda, niſi fuerint uoluntaria, ſcilicet quia talia nomine tenus, non etiam re uel turpia, uel honeſta eſſe intelliguntur. Dem. Ego leopolde cum hominem appello nõ ſtatuam dico marmoream, aut cadauer, ſed corpus anima ratiõis participe formatum. ſic cum actũ externũ cũ interiore confero, uolũtarium actum intelligi uolo, nõ ui expreſſum, aut ignorantia naturaue editum, quo in genere fateor nec turpitudinem ineſſe, nec honeſtatem. Nemo. n. niſi uolẽs (ut teſtat᷑ philoſoph⁹) uel iuſte agit ul᷑ iniuſte. nec eſt iniuſte, timideue agere, cum uxore aliena cõcubere, aut proiectis armis terga dare, & ſimilia facere, ſed ſic ſe habentẽ facere, hoc eſt ſcientem & uolentem, præterq̃; ex accidenti. Eſt igitur uoluntas actionis quaſi forma, & in iudicio morum magis ſpectat᷑, q̃; op⁹. qualis. n. quiſq; moribus eſt, tales ſolet facere electiones, & in actiões ſimiles uolũtas eius eſt procliuis. At opera iterdum uenditationes ſunt &, ficto etiam uultu, non ſolum uerbis oſtentant᷑. Itaq; uoluntas quo largior eſt, & promptior, eo magis uel ſine opere, ſi facultas abeſt cum ab homi-

3. de ani.

5. Ethi.

3. Ethi.

nibus laudatur, tum deo grata eſt, & maiore cha ritate gratiaq; ſuffunditur. ſed par uolũtas cum opere ſanctior habet̃, & maiore præmio neſcio an eſſentiali (ut theologi loquuntur) at certe ac cidentario remunerat̃. Neq; uero noua quæſtio eſt, in uirtute utra potior habeatur, electio, qua uoluntas intelligit̃, an actio, ſed a ſocraticis uſq; temporibus inter philoſophos agitata, quam ſic Ariſtoteles expediuit, ut perfectiõem in utroq; ſi mul conſtituerit, hoc eſt in actione uoluntaria, & ab electione profecta. Nam q̃ ais poſita uolun- tate certa, & conſtanti, ſiue ut nũc loquuntur, effi- caci, neceſſitate naturali, ſi facultas adſit, actionẽ exiſtere, leuiſſimum argumentum eſt, cũ eadem propemodum ratione affirmare liceat, ipſum uel le non liberum eſſe, ſed neceſſarium. propterea q̃ poſito uolũtatis motu, ipſam uelle neceſſe eſt. quidquid.n. eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe, ut do cent philoſophi. non eſt igit̃ ita, ſed cum homo uoluntate operatur, tam actio externa uolun- taria eſt, quam ipſum uelle. uoluntarium.n. atq; liberum eſſe intelligitur, quidquid a principio li- bere agente, hoc eſt a uoluntate proficiſcitur. qđ nihilo min⁹ actioni externæ cõuenit, quã electio ni. Neq; uero ſolum tales actiones liberæ ſunt, & uolũtariæ, ſed ſiq̃s habitus ab ipſis fuerit ingene ratus, actiones etiam ab hoc iam natura prodeũ tes pro uolũtariis, & liberis a philoſophis habẽ- tur

Eth. 10.

Ethi. 3.

tur propter libertaté uolũtatis,unde quaſi a ſon-
te ipſorum initia per habitum & priores actiões
ducuntur. Nam quorum principium eſt in ipſo, 3. Ethi.
ut tradit ariſtoteles,hæc & agere,& non agere in
eiuſdem eſt poteſtate. Quanq; igitur uirtutum,
uiciorũq; ratio in uoluntate,ſiue electione potiſſi
mum intelligatur,perfectio tñ in actione uolun-
taria conſiſtit. Nam ſi ratione,ſcienterq; guberna
tor nautis ut explicent uela,dux militibus impe-
ret,ut ineant in hoſtes pugnam,rudétibus tamẽ,
& armis non ſuppetẽtib9, aut re alia impediẽte
neutrius imperio pareatur,conſtabit, quidem of
ficii ratio ducis,& gubernatoris,qui quod in ipis
erat præſtiterunt,ſed irritus conatus officium in
choatum faciet,ac imperfectum. ſic boni conſu-
lendum eſt,ſiquis beneficia,quæ inopia rei fami-
liaris excluſus,opere conferre nequit,præſtare ſit
aĩo & uoluntate paratus,huiuſmodi tamen offi
cium nemo dicet eſſe perfectum. nec. n. paupe℞
indigentia bona cuiusq; uolũtate,ſi res abſit, ſub
leuat, qui finis eſt liberalitatis. Nefas eſt autem
exiſtimare,in chriſtiana rep. cum cætera ſint per
fectiſſima,& uberrima,plẽa gratiæ; ac libertatis,
locum non relinqui quarundam uirtutum perfe
ctioni. Perfectum igitur officium, & deo maxi-
me gratum,auctore Paulo eſt,quod a fide profe ad Gal. 5.
ctum per charitatem operatur,quæ charitas nõ
modo deum ſpectat,ſed etiam proximũ. Eodéq;

modo de criminibusſtatuendum eſt, non ſolum in uoluntate peccatum eſſe,ſed in operibus etiã a uoluntate profectis plerumq; maius, cum præſertim aliqua ſint ipſo genere mala,ut teſtat Ariſtoteles,& quæ nomine ipſo turpitudinem præferũt,ut furtum,& adulterium,& in decalogo nõ cupiditates tantum,ſed praua etiam opera lege diuina prohibeãtur. Vides ut diuitiæ pro cuiusq; conditione moderatæ partim neceſſariæ ſint ad uitam degendam,& aliquas uirtutes perfecte colendas,tuendamq; ſocietatem hominum,& libertatem,partim utiles ad cultum diuinum & templorum ornamentum,tantum abeſt,ut a chriſto uel apoſtolis dãnatæ fuiſſe putari debeant, cum diuitum auaritiam:& inexplebilem habendi cupiditatẽ magna cũ ſeueritate caſtigarent, & eas docerent minimũ apoſtolicæ uitæ cõuenire.

Ethi. 2.

¶ Alfon. ſatis iam mihi ſuperq; democrates & leopolde de magnitudine animi,eiusq; partib9, & uiciis contrariis diſſeruiſſe,& meo quidem iudicio prudentiſſime uidemini. ſed quanq̃ ueſtra diſputatione ſum equidem uehementer delectatus,cupio tamen audire,expectoq; democrates, quid ad ea reſpõdeas,quibus me tanq̃ ſcrupulis quibuſdam ſollicitari,explicariq; uelle, & initio, & ſi meminiſti,iam ſæpe ſum profeſſus. Demo. ſcio quos ſcrupulos dicas,memoriaq; teneo. ego uero defortitudine & magnanimitate paulo ac

curatius ediſſerens nihil aliud egi, q̃ ut altiorib9 iactis fundamentis, querelis iſtis militaribus ſatisfacerem. ut igitur quæſtio commodius explicetur, ne te pigeat obſecro, ſæpe ut ais teſtata breui nunc oratione referre. Alfon. faciam uero perlubẽs. Miles mihi nõ uidet̃ poſſe religioni chriſtianæ ſimul, & officio militari qbuſdam in locis ſatisfacere. Demo. At Ioãni baptiſtæ uidebatur, qui rogatus a militibus, quid ſe facere oporteret reſpondit, neminem concuciatis, nec calumniam faciatis, & contenti eſtote ur̃is ſtipẽdiis. Sed quibus tandẽ in locis id tibi nõ poſſe uidet̃? Alfon. primum ubi certamen eſt de fama, quia gloriam mundanã appetere criminoſum eſt hominibus chriſtianis, eandem cunctis rationibus quærere, ad laudem militarem pertinere putatur. deinde in cauſa iniuriarum, quoniam iniurias perſequi, & inimicos fortiter ulciſci, quod ab optimo milite expectatur, alienum eſt legib9 chriſtianis, Itaq; iniuria paulo grauiore laceſſitũ in ſingulare certamen inimicum prouocare optimi, & generoſi militis eſſe dicunt, chriſtiani & religioſi negant, eodemq; modo prouocatum pugnam non detrectare, quod pertinet ad laudem fortitudinis. De. Recte tu quidem alfonſe, paucisq; ueterem querimoniam explicaſti, reſpondebo igitur ordine, ſi prius tñ explicueris, quid gloriam mundanam appelles. Alfon. haud eqdem, eam, qua frui cre- Luce.3.

duntur iuſti,cum ex hac uita migrauerint,eandē enim iam gloriam,iam beatitudinem,tum uitam æternā a uiris religioſis appellari uideo.ſed glo riam mundanam appello,quæ homines uirtute præſtantes nobilitat in hoc mundo,& illuſtri no mine decorat,quæ a nō nullis bona fama,ab ali is honor ēt appellatur,propterea ꝙ ſit pars ho noris potiſſima.Nam cum eius,qui honorat̃ ex cellentiæ teſtimonium honor eē intelligatur,hoc nulla re tam locuples hominibus contingit,ꝗ̃ bo norum conſentiente laude,& iudicio de præſtāte uirtute,hoc ē gloria,ſic.n.hæc a philoſophis defi nit̃.Dem.Rem dicis pulcherimā,& quā ego non dubitem,cæteris omnibus externis bonis āteferre,ſed tu quamobrem exiſtimas huiuſmodi glo riæ appetentiam eſſe chriſtianis hominibus inter dictam?Alfon.quoniam uideo inanē gloriā ma gno cōſenſu a noſtris philoſophis dānari.Dem. quaſi uero a chriſtianis tantum improbetur ina nis gloria,& non ab omni philoſophia doctorū omnium,prudentiumq́ iudicio reiiciatur.ſed tu quam gloriam appellas inanem?Alfon.quā qui dam,ut uideo,uiri doctiſſimi,qui triplici ratione docēt,inanitatē gloriæ depræhēdi.primū ſi non re,ac uirtute ſolida,ſed ſimulatione,& inani oſten tatiōe,ac ut Cicero ait,ficto non modo ſermone, ſed ētuultu quæſita ſit,deinde ſi a quibus non oportet petatur,poſtremo ſi referatur alio,ꝗ̃ in

dei laudem,uel aliorum hominum cõmoditatẽ. Peti autem affirmant,a quibus non oportet,quæ ab hominibus quæritur,auctore paulo,q ait non quærentes ab hominibus gloriam,cum ſit humanum iudicium incertũ,& fallax. Dem. ſcio quoſdam uiros alioquin eruditiſſimos ſic de gloria diſſeruiſſe,qbus cætera quidem aſſentior,ſed profecto,qui hominum ẽt optimorũ,& prudentium iudicium reiicit, eiuſq; tollit certitudinem,& auctoritatẽ,is ego non uideo,quem locum prudentiæ,quem humanis uirtutibus relinquat. Nam quem alium prudentem dicere ſolemus,uel intelligere,niſi eum,qui recte poteſt de petendis reb⁹, aut uiciſſim fugiendis iudicare?ut indicat definitio moralis uirtutis,quæ habitus electiu⁹ eſſe definitur, poſitus in mediocritate quo ad nos, quemadmodum prudens definiret, hoc eſt ſtatueret & iudicaret. Age uero ſi bonorum hominum, & prudentium incertum eſt iudicium, cur ab his recte,non a malis, & ſtultis honeſta a turpibus rebus diiudicari,magno conſenſu philoſophi tradiderunt? Non eſt igitur ita,neq; inanitas gloriæ ſatis arguitur eo, q̃ ab hominibus petatur, modo boni ſint, & prudentes, quorum iudicio probari uolumus. Alioquin paulus præfatus,qui iuſtitiam colit, hunc deo placere, perperam addidiſſet, & probatum eſſe hominibus, in quam ſententiã illud ẽ t dictũ

1. theſ. 2.

Ro. 14.

eſt ab eodem, prouidentes bona non tm̄ coram
AdRo. 12. deo, ſed etiam coram hominibus. quibus uerbis
declaratur, quæ dei iudicio bona, malaq; iudican
tur, eadem a bonis & prudentibus hominibus re
cte magna ex parte, probari, uiciſſimq; dānari.
quod idem Paulus ait, ſi adhuc hominibus pla-
Gal. 1. cerem, chriſti ſeruus non eſſem, de malis homini
1 Cor. 3. bus intelligendum eſt, ut cum dicit nonne homi-
nes eſtis? non de bonis, quorum eſt haud dubie
rectum iudiciū. Gloria igitur ab hominibus nō
ſemper adumbrata, & inanis eſt: ſed expreſſa in-
terdum ab ipſis & ſolida maximis & ſpectatis
uiris contingit. quæ ab Ambroſio clara cum lau
de notitia eſſe decernitur: ſed expreſſius & ma-
gnificentius a Cicerone definitur: cōſentiēs laus
bonorum: incorrupta uox bene iudicantium
de excellente uirtute. quid tu leopolde cenſes? an
tibi uidetur talis quoq; gloria inanis eſſe? Leop.
Minime uero, ſed ſolida & uera. itaq; hac quoq;
in parte tibi prorſus aſſentior. tu tamen uide, ne
in huius etiam gloriæ: qualiſcunq; ſit appetitu:
peccatum iniſit. Nam idem Cicero: quem de uir
tutibus: & officiis optime diſputaſſe conſtat: ca-
uendam eſſe ait uel in primis gloriæ cupiditatē,
De ciui. dei li. 5. cap. 13. & Auguſtinus nr̄, ſanius uidere dicit eum, qui a-
morem laudis, uicium eſſe recognoſcit. Dem. nihil
eſt in rebus humanis leopolde tam honeſtum, &
bonum, cui non plurimum gratiæ uel totum po

tius,bonitatiſq; decedat:ſiquis decore ipſius ad rem turpem abutatur:quid.n.honeſtius:q̃ pecunias egentibus liberaliter impartiri?at hoc ipſum turpe redditur,& liberalitatis nomen amittit: ſiquis ea uirtutis ſpecie ad tyrannidem ſpectans: patriæ libertati inſidietur,aliud ue turpe moliatᷣ. quod ſi hoc poteſt in uirtutem cadere:ut crimen fiat ab utendo:quanto magis in gloriam:quæ bonis externis annumeratur?cuius appetitum bonum ſponte ſua:honeſtumq; eſſe,uno mihi uerſiculo confici poſſe uidetur:in hunc modum.Cuiuſq; rei bonæ:appetitus bon9 eſt: ut teſtatᷣ Ariſtoteles.gloria autem eſt bonum: gloriam igitur appetere bonum eſt. Huiuſmodi .n. facultates (nam ſic a philoſophis & corporis & externa bona uocantur) propter uirtutem rem optimam bona nominari non ignoramus.ſcilicet ut medicamentum:& cibus ſani dicuntur:qui poſſunt ad ſanitatem efficiendam accommodari. Quanq̃ .n. talibus rebus probi homines bene, uicioſi poſſint male uti:unde facultates: ut dixi: nuncupantur,tñ a proborũ uſu ob uirtutis prærogatiuam,ut docet Ariſtoteles, merito bonorũ uocabulum eædẽ acceperũt,ut dubitari non debeat:quin a bonis uiris ſine ullo crimine poſſint non ſolum expeti,ſed etiam diligenter comparari: gloriam autem qui negat talibus bonis eſſe annumerandam,quid hic relinquat in bonis ex

Eth. 10.

1. mag.mo.

ternis,non intelligo,cum horum maximum eſſe honorem,qui gloriæ comes eſt atq; cognatus,nõ
Ethi 4. Ariſtoteles tãtum in libris morum; ſed Plato ét in opere de rep. teſtis ſit locupletiſſim9. Salomõ
Cap. 22. quoq; in prouerbiis melius eſt inquit, nomen bonum, quam diuitiæ multæ. & alio in loco meli9
Eccle. 7. eſt nomen bonum, q̃ unguenta preciosa. Non igitur appetit9 gloriæ a uiris prudentib9 atq; religioſis damnatur, ſapientis.n. præceptum eſt,
Cap. 41. curam habe de bono nomine.& paulus nos in eãdem curam adhortatur,dum ait,prouidẽtes bona non ſolum coram deo,ſed etiam coram homi
AdRo. 12. nibus,qui & alio in loco mortem ſibi potiorem
1 Cor. 9. eſſe profitetur, q̃ ut ab aliquo gloria ſua euacuetur.& ad timotheum ſcribẽs, oportere ait Ep̃m,
AdTim. 3. bonum habere teſtimonium ab iis,qui foris ſunt, quod maxime gloriam attingit,ſed appetit9 gloriæ præpoſterus,aut prauus merito in uitiis, & q dem maximis habetur.hunc Auguſtin9, hunc Cicero damnat,& libertatem auferre dicit,hũc omnes boni & ſapientes deteſtantur.eſt autem prauus gloriæ appetitus,cum is non ad deum, ſummumq; bonum refertur,ſed ad explẽdas turpes, aut leues appetentias, ut ad iniuſta imperia, & poteſtates,uel quod eſt leuiculorum hominum, ad inanem iactantiam,aut quæſtum, quod hy
Math. 6. pocritæ faciunt,quos taxat chriſtus in euãgelio tuba uocantes ad eleemoſynam,& in platearum

angulis & ſynagogis orantes,ut uideantur & lau dentur ab hominibus.tales.n.ſuam, ut chriſtus teſtatur,mercedem tulerunt.utiq; laudem inperitiæ multitudinis,a deo autem,& bonis ac prudentibus uiris neq; præmium,neq; gloriam, ſed pœnam poti⁹,& uituperiũ.præpoſter⁹ appetit⁹ eſt, qui uirtuti gloriã,quæ comes illi⁹ eē debet ãtepo nit.Nam utrunq; uicium cupiditatis obſcurat ſplendorem gloriæ,& ſoliditatem exhaurit, inanemq; reddit.Si de recto igitur gloriæ,honeſtoq; appetitu ſollicitus es,primum hic non eſt magis cõtra religionem,q̃ ualetudinis,q̃ ſcientiæ, q̃ diuitiarum moderata cupiditas,deinde gloriam ratione petere,nõ eſt proprium boni,nobiliſq; militis, ſed communis ei cum omnibus probis, honeſtis, ac liberaliter inſtitutis hominibus,ſiue q̃s in pace rep.adminiſtranda iuſtitiam colat,ſeu uitam priuatam cum egregia uirtute & bonorum approbatione degat. Itaq; Auguſtinus,cuius tu mihi teſtimonium obiiciebas,amorem laudis peccatum eſſe ſtatuentis,idem crudelẽ eē dicit,ſiq̃s recte facti conſciẽtia fretus famam ſuam cõtẽnat, .i. p nihilo ducat.quid homnes de ſe uel loquant̃ uel ſentiãt.ut intelligat̃ ab ipo nõ oĩs laudis appetitus dãnari,ſed prepoſterus,uel a ueritate diſſentiẽs.Quid eſt.n.gloriã rõne petere,niſi uirtutẽ maxime colere,q̃d bonis oĩbus ẽ ꝓpoſitũ.(Nã q uult excellentem ſuam uirtutem cognitam eſſe,

Aug. in ſer. de vita & moribus clericoꝝ

& bonorum ac prudentium hominum iudicio ꝓbari & ob eã honorati qđ ẽ recte gloriã appete re,nõis uirtutẽ præpoſtere colit propter gloriam aut honorem ut falſo quidam exiſtimant,ſed glo riam & honorem amat propter uirtutem, quem
Ethi.li.1. admodũ Ariſtoteles de felicitate diſſerens inter pretatur,quod eſt ad deum appetitum gloriæ re ferre.deũ.n.colit,qui uirtuti dat operã.Itaq; Socrates hanc uiam proximam ad gloriam,& qua ſi compendiariam dicebat eſſe,ſiquis id ageret, ut qualis haberi uellet,talis eſſet,ſin alium dicis appetitum gloriæ a uia uirtutis abhorrentem, facile tibi aſſentior,eum eſſe chriſtianis hominibus interdictum,ſed qui talem putat generoſis, boniſq; militibus conuenire,uehementer errat,ni mirum ſiquid nobis ſuperiore diſputatione con fectum eſt, ac bonum & generoſum militem intelligere oportet, fortem & magnanimum. Nam qui legitimum etiam honorem,& ſuis uirtutibus debitam gloriam non magni facit,quod magnanimi proprium eſſe docuimus,is quomo do poteſt accerſitam,& inanem gloriam ex aliorum errore per mendacium aut fictionem, res iti dem magnanimitati inimicas affectare?

¶Nunc uenio ad eam partem querelæ militaris,in qua ſe plurimum quidam,& nimis ambitioſe iactant,inferius eſſe dictantes generoſi mili tis dignitate acceptas iniurias grauiores non per

tinaciſſime perſequi, aut ab inimicis pœnas ccm munibus legibus; & non armis potius exigere, præſertim certamine ſingulari, & hanc eſſe maximam cauſam, cur non licet bonum militem eſſe & eundem bonum chriſtianum, propter religionis præceptum de iniuriis condonandis. ſcriptũ eſt.n. mihi uindictam & ego retribuam, & chriſti uerba illa ſunt ex euangelio. Ego dico uobis diligite inimicos ueſtros, benefacite iis, qui oderunt uos. nec uero ſolum uerbis hoc præceptum dedit chriſtus, ſed exemplo etiam confirmauit, pro eis a quibus morte tradebatur patrem deprecatus. Et paulus benedicite, inqt pſequentib⁹ uos, benedicite, & nolite maledicere. hoc. n. negant generoſum militem decere. nonne alfonſe hæc ſumma eſt alterius partis militaris querelæ? Alfon. maxime. Dem. cur autem decere negãt, nobilem militem iniurias cõdonare? Alfon. nimirum quoniam id militari uirtuti contrarium eſſe putat, & laudi inimicum, nam hoc quoq;, ut uideo, ad gloriam referri ſolet. Dem. quid ita? nõne militaris uirt⁹ fortitudinis, & magnanimitatis ratione definitur? Alfon. Certe, ſi recte uos ante, ut mihi quidẽ uidemini, de militis uirtute ſtatuiſtis. De. At magnanimi proprium eſſe docuimus facile, ſi quid in ſe cõmiſſum fuerit remittere, & ex omnibus minime malorum meminiſſe, id igitur præſtare, nõ eſt contra militis officium. Alfon. Argu‑

Deu. 32.

Math. 5.

Ad Ro. 12.

tiæ ſunt iſte philoſophorum, quæ diſſentientibus ſilentium fortaſſis imponere ualeāt, perſuadere, certe nihil poſſint contra receptam fortium hominum, ac inueteratam opinioēm. Dem. An poteſt imperitorum hominum exiſtimatio, ut nebulam quandam effundere ueritati, ſic eius nitorem tollere, & ſplēdorem penitus extinguere? Alfon. Nō audeo id quidem dicere, ſed cum agit' de gloria, plurimum ualet hominū opinio. Tolle hominū exiſtimationem, quomodo poterit gloria, de qua quæritur contingere? quæ p te quoq; in iudicio, uocibuſq; hominum poſita eſt. Dem. de ſtabili & ſolida gloria diſputamus, non de fluxa & inani; illius autem fundamentū res ſolida eſt, præſtanſq; uirtus, qua ſublata, ſiquid ſecus homines exiſtiment, error id appellari debet, non opinio. Tunc igitur gloria recte nuncupabitur, cum expreſſa excellenſq; uirtus, iudicio, & uoce bonorū & prudentium uirorum approbabitur, qui de uirtute iudicantes rem ipſam ſpectant, non quid uani, & imperiti homines loquant'. Et alioqui magnanimi eſt, rem ſpectare ac ueritatem colere, conſciētia recte facti contentum, rumores populares uanos quidem pro nihilo ducere, ueros & laudes nō
1. Cor. 4. magni facere. Mihi. n. dicebat magnanimus Paulus, pro mininimo ē, ut a uobis iudicer, aut ab humano die. Cōdonare igitur iniurias, ut ē, sic eſſe magnanimi op9, boni & ſapiētes exiſtimāt. Itaq;

hæc cōdõatio nihil obſtat, quo min⁹ liceat & bonū militē eē,& religioſum chriſtianū. Alfon. cur igit͛ obſecro tātopere inualuit iſta īter milites opinio,quoq; multi & boni uiri & prudentes habent͛ ut timori det͛ ac ignauiæ, ſiqs iniurias æquo aio ferat,impunitaſq; reliquat? qm̄ tam inueteratā, tanq; inſitam miltib⁹ opinionē penitus uanā eē dicere nihil habet ꝓbabilitatis. Dem. magna uſ ratione, qui.n.a multis criminib⁹,& plerūq; maximis,q̄ ſine difficultate ꝑpetrant͛,nec reſpectu religionis,nec amore uirtutis cohibet͛,hic cur officio aut religiōe credat͛ a periculoſis & difficilib⁹ peccatis abſtinere?& non timore potius,& ignauia? Iniurias igit͛ ꝓſequi tum religiōi chriſtianæ, tum ēt uirtuti,quæ magnanimitas dicit͛ cōtrariū eſt, ſed ſtulta uulgi militaris opinione factū ē, ut id uulgo putetur ad laudē militarē pertinere,bonis & prudētibus lōge aliter iudicātibus. Sed cum adulterari,hoēm innocentē ꝑ occaſionē occidere, ſpoliare tenuiores,& cætera id gen⁹ flagicia perſpicue ſint cōtra uirtutem & religionē,in eaq; cernant͛ pleriq; milites ferri p̄cipites,nullo nec uirtutis freno,nec religiōis retardati, cur taliū quiſq̄ uirtuti ac pietati ſeruire putet͛,cū laceſſit⁹ fert iniurias diſſimulāter?& nō poti⁹ ultionis difficultatibus & ignauia deterreri? Fingam⁹.n. aio bonū aliquē ꝑfectūq; militē (nā talē inuenire rariſſimū eſt) q plane fortis ſit, & re uera magnanim⁹ nullo ſe ſcellere cōtaminātē ſed ſtudioſe ſeruiētē

uirtuti & religioni,ſolidãq; gloriã cõſectantem, q̃ pbuerit magna & clara ut militaris,ſic aliarũ uirtutum documenta,& hunc faciamus iniuriã forte acceptam male de ſe merito uirtutis,ac pietatis cauſa remittere,quis tot, tantarumq; uirtutũ memor,huius optime, magnoq; animo factum in diuerſam partem interpretabitur? Alfon.multi fortaſſe milites. Dem.credo, quia multi ſtulti ſunt,& rectum iudicium prauis & moribus & opinionibus corrupere,nemo tamen bonus,nemo prudens recte factum nõ probabit. q̃q̃ magnanimus (ut ſæpe diximus) dum ipſe recte faciat, quid homines loquantur,parum laborat, ſtultorũ iudicium penitus contemnens. Alfon.iſto Igitur mõ qd obſtat,quo min9 miles aliqs,cui9 ãte acta uita latrociniis,adulteriis,homicidiiſq; fuerit fœdata,poſſit ad breue recepta ſanitate, pœnitentiaq; ductus iniuriam cauſa pietatis inimico condonare,& ſic officio fungi boni militis,& chriſtiani? Dem.nihil omnino prohibet. Nam & mendaciſſimum quenq; licet aliquando uerum dicere, ſed quemadmodum huic uera dicenti ab iis non creditur,quibus reliqua ipſius uanitas eſt nota, ſic illius animum nemo probat,ne in recte quidẽ facto,qui prauam illius mentem fuerit cæteris in rebus expertus.

¶ Si uerum ergo quærimus alfonſe,militaris iſta querela plus habet ambitionis, q̃ grauitatis &

iuſticiæ.ut illa altera quorundam huic non prorſus abſimilis querimonia plus impietatis, q̃ intelligẽtiæ.qui religionem chriſtianam in eo iuſtinent uaniſſime damnare,q̃ homines reddat ignauos,& ad imperandum ineptos, & quo planius ſuam ignorantiam cum impietate ꝓdeãt, haud alio nomine religionis iniq̃tatem accuſant, q̃ꝙ dolis,mendaciis, inſidiis, ſceleribuſq; uafrorum, & improborum hominum ad tyrannidem tuendam non ſuffragetur, quo quid poteſt eſſe dictu uel indoctius,uel ſceleratius?iuſti.n.ac legitimi imperii diuturnitatis optimus cuſtos eſt ſubditorum populorum amor,hic autem non dolis nec prauis artibus,ſed pietate in deum, iuſtitia, humanitate,magnitudine animi,ac ut ſemel dicam,omnium uirtutum opere multomagis,q̃ ut iſtis placet,opinione,ſimulatiõeq; alitur, uana ſi quidem exiſtimatio celeriter excidit, ac in diuerſum mutata pro beneuolentia odium affert certiſſimam tyrannorum perniciem.caput igit͛ harum querimoniarum eſt ignorantia.huc.n. ſummorum philoſophorum adhortationes ſpectãt; hoc omnes beneinſtitutarum ciuitatum leges petunt,ut ex uirtute ſine alterius iniuria uiuatur, & hæc ſumma eſt præceptorum chriſtianæ pietatis.nec aliter paulus uim illius oraculi interpretatur,diliges proximum tuum, ſicut te ipſum, qđ AdRo.13.
iſti non intelligentes philoſophorum leges, ciui-

leſq; probant,religionis ſanctitati,quā nihil po-
teſt æquius excogitari ſuccenſent. Sed redeo ad
militarem iactationem,quæ quidem tolerabilior
uideatur in iis militibus,ſi qui excepta cauſa lau
dis,& iniuriarum,cæteris in rebus egregie pieta-
tē chriſtianam colunt,ac religioſe præceptis eius
obtemperant,at eorum uanitatem,& arrogantiā
quis ferat?qui cum nullam non partem religiōis
uiolent,& hac contempta, omnibus ſe quotidie
ſceleribus obſtringant, ſuſtinent tamen propter
id quod rariſſime,fortibus quidem uiris accidit,
ſeueritatem religionis in eo accuſare,quod ſibi p
eam fortiter agere non liceat,& ſimul officio bo
ni militis,& chriſtiani ſatisfacere, cum ab utroq;
toto,ut aiunt,cœlo cæteris uitæ partibus abhor-
reant. Itaq; uidere licet,milites quoſdam multis
alioquin criminibus infames, in ulciſcendis iniu
riis,aut æmulationis gratia præpoſteram laudē
cum ſuo magno periculo per ſummam inconſtā
tiam affectare, inimicos interdum, aut æmulos
ad certamen ſingulare prouocantes,ubi ſæpe uo
lente deo meritas luunt ſuorum flagitiorum pœ
nas. Alfon. At.n.ſcimus uiros multos illuſtres,&
probos (ut probos ſolemus appellare,qui mini-
mis uiciis implicantur,hæc.n.non ſunt ad uitiū
reſecanda,nam uiciis ſine nemo naſcitur, ut ait
Horatius)aliquos igitur tales iam accepimus,&
uidimus, non dico iniuriæ obliterādæ gratia, ſed
ſolo

ſolo laudis amore præter iſtam philoſophorum normã maxima pericula, & quæ poterãt ab ipſis ſine crimine, aut nota præteriri ſuſcepiſſe. Vt.n. taceam Athenienſium, Lacedæmoniorum, Romanorũq; uetera exempla, quæ ſunt ſcriptis diſertorum hominum græce & latine celebrata, memorare poſſem hiſpanorum complures huius rei locupletiſſimos teſtes memoriæ recentioris, in primiſq; illuſtriũ familiariũ uiros Emanuelem, Leonum, & Suerũ, Quignonium, quorum Emanuel patrum, uel noſtra potius memoria in Africã traiecit ad quærendas laudis occaſiones, ac de more idicto bello p uniuerſã mauritaniã fortiſſimũ quenq; ad ſingulare certamen prouocauit, quæ fama & æmulatio cum ex tota pene Africa multos fortiſſimos uiros in locum pugnæ deſtinatũ euocaſſet, ſeptem deuictis & obtruncatis (cæteros.n. periculi mortiſq; certitudo a pugna deterruit) in hiſpaniã cum ſumma laude occiſorũ capita, quæ nos pueri ſpectauim9 hiſpali in triumphum ducens remeauit. Suerus autem quignonius eadem cupiditate igens & animi & corporis robur oſtẽtandi, auorum memoria ineunte anno, quo erat compoſtellæ iubile9 de more celebrãdus, qua uia compoſtellam eſt peregrinis exterrarum nationum, quos religio ſolet frequentes exciere, pontem Vrbici ãnis ad aſturiam cuſtodire ſtatuit, hac lege uiatoribus propoſita, ut qſquis

uellet tranſire pontem, uel ſe quaſi uictum & uirtute inferiorem dato munuſculo profiteretur, puta calcari, ſeu chirotheca, uel ſi hoc alienũ duceret ſua gloria & dignitate, non aliter, q̃ uicto cuſtode tranſiturus, ſingulari ſe pedeſtri, ſeu mallet equeſtri certamini compararet. ad quod ille arma generis omnis & equos utriq; paratos habebat. quo bello publice per nobiliſſimas galliæ, Germaniæ, Britaniæq; ciuitates indicto, multi fortiſſimi uiri confluxere, quorum nemo põtem tranſire tentauit, quem non Suer9 aut deuicerit, quibuſdam etiam in teremptis, aut deditionem facere ex legis preſcripto coegerit. Demo. Tales quoſdam ex illuſtribus uiris extitiſſe, qui ad egregias corporis, animiq; uires oſtentandas, affectata populari laude, quaſi tempeſtatem, in trãquillo, ſic pericula in pace quærerent, nemo dubitat. quod ſcio multis p̃terea hiſpanis ex mihi notis accidiſſe ueluti Io. urbinæ, Didaco garſiæ, ducibus ſpectatæ uirtutis & magni nominis. qui non ſemel, ſed ſæpius cauſis nõ tam neceſſariis, q̃ ambitioſis inimicos, aut æmulos ad certamen ſingulare prouocarũt, & uiciſſe glorioſum putauerũt. Sed ut ipſe dicebas, nemo uiuit ſine crimine, nemoq; tam conſtans eſt in uirtute, ut non interdũ ab ipſa dilabatur, & ut alii ſunt ad alia, ſic fateor magnos animos, cum a recta uia diſceſſerint, in hæc duo uicia procliuiores eſſe, ut laudẽ affectẽt

immoderate, a fortitudine in audaciam dilapſi ſintq; iniuriarum plusq̃ oportet impatiẽtes. quæ uicia q̃q̃ minus uituperantur, q̃ ea quibus igna ui ſolent implicari, uicia tñ ſunt. nec animi magnitudini conuenientia, ut bonum uinum aceſcit potius, q̃ uapeſcat, utrouis tñ uicio gratiã & bonitatem amittit. & bonus enſis impactus comminuit̃ magis, q̃ hebetet̃, utrunq; tñ eſt detrimẽtũ. ❡ Quod uero pertinet ad ſingulare certamẽ, quoniam in frequenti corona, & quaſi theatro decernere pulcherimum hoc tempore pleriſq;, & magnorum uirorum op⁹ eſſe uidetur, nollem quẽq̃ ignorare, hanc conſuetudinem commilitonũ inter ſe pugna ſingulari decernendi plurimum abeſſe a ueteri tum græcorum, tum romanorũ militari diſciplina, apud quos qui in tale certamẽ deſcendiſſent, infamia notabantur. id. n. munus ſeruorum erat, &, uiliſſimorum hominũ, qui ſanguinem uenalem habebant, gladiatores nuncupati. nam horum paria in theatris ſpectandi gratia, & iuſtis exequiarum magnorum uirorum edebantur. q̃uis hæc ipſa ſpectacula, optimi ac prudẽtiſſimi principis Conſtantini lege, ut crudelia, & inhumana, ſublata ſunt. Itaq; hiſpanos tuos, miror gentem non modo bellacem, ſed etiam humanam, & grauẽ, hũc apud eos morẽ inueteraſſe, longe uidelicet ex ueteri memoria repetitum, ut non ſolum ingenui homines, ſed clari etiam &

illuſtres ſæpe æmulationes,& cõtrouerſias, quas diſceptãdo uel finire nõ potuiſſent,uł noluiſſent, armis & ſingulari certamine decernerẽt.quã operã gratuitã Africão Scipiõi patris,patruiq; mortis cauſa multi ad nouam carthaginem præſtitiſſe memorant,quidam a regulis miſſi ad ſpecimẽ inſitæ genti uirtutis oſtendendum, alii æmulatione ducti,Corbis autem & Orſua Patrueles fratres,uiri illuſtres de principatu ibis ciuitatis ambigẽtes,Nam cum uerbis diſceptare Scipio uellet,ac ſedare iras,negauerunt ambo,alium ſe deorum hominumue,q̃ martem iudicem habituros. Itaq; ab hiſpanis ad italos & græcos hæc pugnãdi conſuetudo uideri poterat poſt labefactatum imperium reip.romanæ permanaſſe,niſi Carol⁹ Pipini filius Frãcoꝝ rex,& idẽ romãoꝝ ĩperator, lege Longobarda nuncupata, & item Otho imperator,ac rex Italiæ tam longo poſt Scipiõem tempore ſanxiſſent, utquædam cauſæ hoc genere pugnæ teſtibus non ſuppetentib⁹ diiudicarẽtur.quibus tñ legibus antiquatis iure pontificio tanq̃ ĩmanibus & iuri diuino contrariis, cõſuetudo omni philoſophia & recta rõne dãnata perſeuerat inter milites præſertim italos, hiſpanos, & græcos, æmulationis uel iniuriarum cauſa decernẽdi,quæ rationis & humanitatis minimum, ambitioſæ feritatis plurimũ habet, Inter gallos enim Pannonios,Britanos,Germanos,cæteraſq;

ſeptentrioni adiacentes nationes rariſſimum eſt talia certamina ſpectare, q̃q̃ ſint alioquin gẽtes ferociſſimæ, & facile mortem contemnentes, ſcilicet quoniam his natura inimicitiarum irarumq; modum imponit, nos qui cæteris mortalibus humaniores eſſe gloriamur, eaſdem ſæpe prauis opinionibus alimus, a leuitate, ſi uerum quærim⁹, ambitiõeq; ꝓfectis. Sæpe namq; ſumus ad noſtras contumelias ingenioſi, quam peruerſitatem damnans Gonſalus ille magnus, quem ego parẽ ſũmis cuiuſq; memoriæ uiris ſemper exiſtimaui, dicere ſolebat, ſtamen honoris generoſo militi craſſius eſſe nendũ, docens uľ3 paulo duriuſcula tranſlatione, ſiquid in nos dictum fuerit, aut factum paulo liberius uel contumelioſius, id eſſe non amare querimonia ingenioſa, ſed craſſa, ut dr̃ Minerua, humane, & quantũ res patiť, diſſimulanter interpretandum, ne leuibus ex cauſis temere ad capitalia diſſidia, & talia certamina progrediamur, quæ facile, nec ſine principũ magna culpa his temporibus in italia præſertim ꝑmittuntur, præter ueterem, ut dixi, græcorum & romanorum diſciplinam militarem, per quam olim prouocare licebat ex hoſtibus aliquẽ ad ſingularem pugnam, & utroq; exercitu ſpectãte ſuperare, pulcherrimum glorioſumq; habebať, ſic in bello troiano Paris pugnauit cum Menelao, Hector cum Aiace, in thebano Eteocles cum

Polynice, ſic ex romanis, ne ſingulos referam, Manilius cum gallo, a quo deuicto propter torquem eidem detractum torquati cognomẽ tulit, & ante hunc eodem fere mõ tres Horatii cum trib9 Curatiis de sũma rerꝫ publica auctoritate dimicarũt, quos imitati noſtra memoria ũdecim hiſpani permittente Gonſalo magno cum totidẽ gallis de gloria dumtaxat, exercitibus ſpectantibus, equeſtri pugna decertarunt, dubiaqꝫ uictoria interuentu noctis, cum maiore tñ gallorum detrimento diſceſſere, eodẽqꝫ genere pugnæ paulo poſt tredecim Itali ex eodem exercitu parem quoqꝫ gallorum numerum deuicere. Nec uero ſolum militibus tunc illud fuit cõceſſum, ſed in eũte bello dux ipſe Gonſalus, dum ſe Barilctæ cum hiſpanorum parua manu contineret, gallorum ducem fœderis percuſſi uiolatorem dirimendarum cõtrouerſiarꝫ gratia ad ſingulare certamen prouocauit. Nec mirꝫ eſt, gallum pugnam detrectaſſe, qui datas acceptasqꝫ in regni neapolitani diuiſione leges, fretus ſuorum multitudine contempſerat. Cõſtat igitur tales cum hoſtibus pugnas, ut his temporibus, ſic olim inter claros etiã uiros non modo per leges conceſſas fuiſſe, ſed etiam uſitatas, commilitones autem inter ſe, ut nunc fit, gladiatorum more dimicaſſe, nullos antiquitus uideo neqꝫ conſuetudine, illarum, quas dixi gentiũ, neqꝫ legibus fuiſſe permiſſos. Alfon.

alia eſt gladiatorum abiectiſſimorũ hominũ cau ſa,qui uel empti pretio,uel mercede conducti in ludis theatralibus dimicabant,alia honeſtorum, & fortium uirorum,qui laudis ſtudio,aut dirimẽ dæ controuerſiæ cauſa inſpectante exercitu,aut in corona militari depugnant. Dem. longe quidẽ alia, ſed utraq; in milite non modo contra religionem chriſtianam,ſed etiam præter ueterẽ militarem diſciplinam.

¶ Alfon. Nunq̃ ne igitur licebit chriſtiano militi ſingulari pugna decernere? De. licebit quoties multis fuerit ſimul pugnare permiſſum? Quibus enim turmatim, legionatimue dimicare per chriſtianas leges permittitur,hos quid prohibet pro eadem cauſa,& cum eodem hoſte confligere ſingulariter? An minus licuiſſe arbitremur, Dauidi Philiſtæum Goliatum pugna ſingulari proſternere,q̃ ſi hoc idem cõſerto multorũ prælio peregiſſet? Nam cum hoſte legitimo,utcũq; in bello depugnare,non eſt tentare deum,quod lege diuina uetamur,ſed officio fingi boni militis, nec hoſtem tollere,eſt homicidium patrare, naturæ quoq; lege prohibitum,quod fit, cum innocens homo,& indemnatus iniuſſu principis,aut magiſtratus occiditur,ſed uictoriam quærere hoſtium numero diminuto. commilitonum inter ſe,aut ciuium diſſidentium longe alia ratio eſt. Turpiſſimum eſt,n. belli ſocios,quos oportet ope mutua

cauſam cõmunem defendere, ſtulta,ut ſæpe fit, ac pernicioſa ambitiõe interſe pugnare,aut uelle ſuas priuatas controuerſias ferro potius dirimi uelut ſortibus impiis, q̃ cõmunibus legibus diiudicari. Alfon. Quid ſi nõ det' alia facultas diiudicandi,ut poſſet uſu uenire? Dem. quo tandẽ id pacto? Alfon. faciam⁹ aliquem audacia furẽtem hominem, falſo detuliſſe ad imperatorem, me cogitatis inſidiis læſiſſe maieſtatẽ,ſe uno fruſtra magnis pollicitationib⁹ in ſceleris ſocietatẽ ad ſcito,qui me facinus inficientem,armis ſe, cũ aliter non detur,profiteatur adacturum,imperatore credulo inſtitutum eius pertinaciter approbante,ut mihi armis crimen intentum repellere ſit neceſſe,uel certamine detrectato,cauſa cadere cum certo periculo non ſolum infamiæ,ſed necis etiã, aut exilii,adde etiam bonorum publicationẽ, hoc igitur ſi mihi forte accidat, quod omen auertat deus immortalis,ne tunc quidem mihi liceat per chriſtianæ religionis ſeueritatẽ pro meis fortũiis,pro mea fama,pro mea ſalute depugnare? Demo. Tot rebus congruentibus alfonſe, ſiqs miles certamen recuſaret, hunc ego nõ fortiter prudẽterue agere,nec religioſe crederem,ſed ignaue & ſtulte ſe,ſuaq; prodere iudicarem. nec .n. tale certa mẽ ſuſcipere eſſet,turpiter agere quẽad modum quidam exiſtimãt,ut honeſtum aliquid contingat, quod facere paulo auctore uetamur,

ſed

arctiſſimis anguſtiis ſine ſua culpa interclusum magnam & intolerabilem iniuriam inferenti, ea ratione, qua ſola datur obſiſtere, quod ē honeſtiſſimum iure naturæ, magno tñ ſcelere prouocantis, & ſingulari principis iniuſtitia. Sed quid attinet huc afferre, quæ cogitatione finguntur, nec multis ſæculis uſu ueniunt, ubi quærit̃ de iis, quæ quotidie patrantur, & legibus tum pontificiis, tũ etiam diuinis prohibentur? Hoc igitur dico, non licere chriſtiano cuiq; pugna ſingulari, niſi cum hoſte legitimo decernere, ſi aliter detur, pacem ſine maximis incommodis, ac impendente graui iniuria retinere, uel ſe legib9 tueri, ſuamq; dignitatem, nunq̃ tñ, ut euentu pugnæ anceps controuerſia uelut marte iudice dirimatur. Non eſt. n. committendum, ut tentare deum, eiuſq; iuſtitiã experiri uelle uideamur. At ſi grauiſſima iniuria, intolerabiliaq; damna impendeãt, cæteris nobis legum, principiſq; ſubſidiis ademptis, qualem cauſam fingere me paulo ante iubebas, haud equidem uerear, deum nobis iratum fore, ſi ultima præſidia petemus a lege naturæ, quæ nulli unq̃ interdixit, uim ui repellere, aut iniurias q̃; honeſtiſſime poſſet, uel neceſſaria ratiõe propulſare.

¶ Al. Æquiſſima uero ſententia, & cui nemo non uideatur etiam atq; etiam aſſenſurus. Sed obſecro te democrates, quando nos huc ſermo deduxit, ne graueris illam huic finitimam quæſtionem

nobis expedire,de qua nuper me audiēte magna fuit inter egregios milites altercatio, ꝓpter recentem memoriam pertinaciſſimi certaminis duoꝝ robuſtiſſimorum meæ gentis militū Spinoſæ, & Guſmani,quibuſdam in cœlum efferentibus laude,alii contra uituperantibus Guſmani conſiliū, qui proſtrat9,ac omni ſpe uictoriæ deiectus,pernecari maluit,ꝙ facienda deditione ſe uictum cōfiteri,cui ſimile quiddam contigerat Sanctieru cio, qui Ferrariæ in nobili ac frequenti corona uictus eſt ab Azeuedo. Quid igitur ipſe ſtatuas ſcire uelim, ſi commiſſo certamine, talibus ex cauſis ſuſcepto, generoſus miles amiſſo telo, uel quacunq; ratiōe,tam miſerabiliter laboret, ut nulla ſuperſit amplius ſpes neq; uictoriæ omnino, neq; uitæ,niſi cedat,utrum huic honeſtius putes, mortem oppetere inuicto animo,an facere deditionem,ſi qua ex parte,ſiquaue ratione, ſibi ualeat in extremis malis cōſulere. Nam ſi mori honeſtius eſt,ac fortius, ut fert multorum militum opinio,hic erit alius locus, in quo ratio militaris uideri poſſit cū diſciplina chriſtiana diſſentire. Illud quoq; a te perlibenter diſcerem,facta deditiōe ab eo,qui turpē cauſam foue bat,quiq; lætaliter confoſſus paulo poſt efflauit animam, quale dei iudicium fore de hoc licebit ſperare, ſi rite cōfeſſus fuerit peccata ſua,uel ſi hoc nō detur, ſaltē pœnitenti animo dei miſericordiam implorauit.

cum illud conſtet, ſic peremptis hominibus eccle- De torne. caput. 1.
ſiaſticam ſepulturam iure pontificio negari. De.
Dicam equidem qđ ſentio, nec me rigida quorū-
dā ābitioſaq; oratio (neq; .n. quid ſibi uelit igno
ramus) obſtabit, quo minus explicem libere, quæ
tum a prudentiſſimis, eiſdeq; fortiſſimis uiris didi
ci, tum certa ratione ſum edoct9. Sic igit̃ cenſeo,
quod attinet ad prioré quæſtionem, fortem mi-
litem, ſi qñ acciderit, ut in tale certamen deſcen-
dat, hoc animo accedere oportere, nihil ut minus
cogitet, q̃ de faciēda deditiōe, ſed ſibi ſtatuat, uel
uincēdū eé, uł moriēdū. Sic.n. fiet, ut periculi mor
tiſq; ſecurus ſtrenue acriterq; urgeat inimicum,
ne quidq̃ reliqui faciat ad egregiā uirtutem. Er-
go commiſſo certamine, qui hoſtem uiriliter ob-
truncat, uel cogit ad deditionem, hunc eſſe ſuo iu
re in ſtrenuis, & ſpectatis militibus habendum di
co, ac uiciſſim in timidis, & ignauis, qui non tam
uirtute hoſtis, q̃ ſua ignauia uincitur, facit ue de-
ditionem, anteq̃ ſpes uictoriæ, & quoquomodo
repugnādi facultas fuerit omnino ſublata. Qui
uero præſenti animo cuncta p̃ſtiterit, quæ a forti
milite deſiderantur, maiore tñ hoſtis aut robore,
aut armorum peritia, aut fortuna deniq; ſuccu-
buerit, ne hunc quidem ſua quadam laude frau-
dandum puto, qui quod in ipſo erat præſtiterit
inuicto animo, quæ una & magna ratio eſt uirtu-
tis colendæ, quod ſi uictus utcunq; ſuperetur, eſ-

ſugere non poteſt quandam in uulgꝰ infamiam,
tū certum habeo maioris animi eſſe , non ſolum
prudentiæ,in tantis reꝝ anguſtiis deditionem fa
cere,ꝗ mortem iam uoluntariam nihil proficien-
tem oppetere.Cuius rei dubitatio non ſolum in-
digna eſt homine chriſtiano , ſed abhorreret etiã
ab humanitate,& ipſa,de qua quæritur fortitu-
dine.Quid ē .n.talibus in certaminibus deditio-
nem facere,niſi uictũ ſe ab hoſte confiteri?loquor
enim de his pugnis ambitioſis ; quæ iniuriarum
cauſa,uel hac prætenta,de gloria & æmulationis
gratia,ut nunc fere aſſolet ſuſcipiunt̃ . Quod igi
tur non in tenebris aut ſolitudine , ſed in media
luce,& populo uel exercitu tanꝗ in theatro ſpe-
ctante geſtum eſt,id ne coram ipſis teſtibus fatea
ris,mortem præoptare,nonne furoris eſt,& extre
mæ dementiæ?Alfon.At.n.mors eſt ignominiæ
præferenda.Dem.Nō eo inficias,ſi ineſt in igno
minia, facti uel animi turpitudo.Mors.n.potius
oppetenda eſt uiro forti , ꝗ turpiter aut ignaue
faciendum.hic aũt nulla eſt alia ignominia poſt
certamen inſtitutum, niſi fuiſſe uictum,quod nec
uitari iam poteſt,nec iure uituperari , cum uacet
culpa,ꝗ potiſſima ratio ē ueræ ignominiæ . Alf.
Quid ſi uictus honeſtam cauſam tuebatur, & cri
men falſo ſibi obiectum repellebat?etiam ne huic
conſilium dabimus,ut faciat tali tempore dedi-
tionem,& crimen intentum fateatur?Dem. Mo-

riendum potius eſt, q̃ falſum crimen cõfitendũ. Nam cum mentiri ipum per ſe turpe eſt, tum cũ ſua uel alterius infamia turpiſſimum. Sed uictor more hui9 temporis cum abolita lege Lõgobarda de gloria fere, ut dixi, uel iniuriarũ cauſa decertatur, non poſtulat a uicto, ut in ſe quidq̃ fateat̃, tantum petit, ut ſe dedat. Hoc autem nõ eſt cõfiteri crimen, ſed ſe uictum eſſe fateri, tunc eſſet, ſi ſemper, & indubitato peior cauſa uinceret̃, quod nũc abeſt. Vt declarant cum alia quotidiana exẽpla, tum nobile illud Spoletanorum fratrum, de quibus extat Innocẽtii tertii Pon. max. reſcriptũ. q fratres cũ furtũ ſibi obiectũ certando expellerent, quod eſt poſtea apud alium repertum, uictũ ſunt, deo propter alia ipſorum peccata pmittente. Ergo uictor imperitaq; multitudo, ut cũq; uelit interpretet̃, deditionis tamen nõ eſt alia uis, q̃ quod ſe uictus uictori tradit, nec aliud in his malis dedecus eſt, q̃ ſuccubuiſſe, quod ipſum totum eſt opinabile, qui uere recteq; iudicant, ubi non eſt culpa, nullam ignominiam agnoſcẽtib9. Nã uictum neceſſitati cedentem ſe uictori dedere, hoc eſt in ipſius ſe poteſtatem permittere, in qua iã eſt, nihil addit noui dedecoris, qđ ſit tãta iactura redimendũ. Niſi forte putamus, qui iam ſuperatus eſt, hunc moriendo poſſe, quo minus fuerit uictus recuſare. Sed faciamus ignominiam iam acceptam, cum uitari nullo mõ poſſit, poſſe

Cap. ſignificã tibus de pur gatione vulg.

tamen moriendo non nihil ſubleuari, quæ demen tia eſt? quis furor per deum immortalē, ut leui9 reddat tolerabile incommodum opinabilis dun- taxat infamiæ, utpote ſine culpa cōtractæ, extre- mum malum ſponte ſubire præter omnem ratio nem? Alfon. Hæc democrates, ut uideo, nō ratio ne gubernantur, ſed opinione geruntur, atq; mo- re militari. Dem. Quouſq; tandem non pudebit nos, uulgarem & inanem perſuaſionē ſolidæ uir- tuti præferre? aut quid leuitate hac poteſt magis contrarium excogitari magnanimitati? quæ cum cæteras res humanas paruas putet, tum pro ni- hilo ducit rumores populares. Age uero, qui tam excors eſt, ut multorum errorem afferat certæ ra tioni præferendum, hic quē tandem locum relin quit inquirendæ ueritatis, aut de quibuſuis rebus diſputandi? Quid.n. ratione fiat, quæri ſolet a ſanæ mentis hominibus, non quid ſtulte uel fu- rioſe, niſi forte ut hoc uitetur cognitum, illud ſine cunctatione petatur. q̄ꝗ̄ id perſpicuum eſt, qui ut ſeruiat multoꝝ errori, ſe rationem ſequi ne gat, hunc aperte profiteri, ſe neq; fortem eſſe, nec magnanimum, nulla deniq; uirtute præditum, nec uirtutis aliud, q̄ umbram fortaſſis quandam conſectari. Nam quod ais, morem quoq; milita- rem ſuffragari huic errori, negligenter mihi uide- ris, quid maxima ex parte fiat a fortib9 etiā mi- litibus obſeruaſſe. Alfon. Nonne pleriq; omnes

milites ſic loquuntur, moriendum eſſe potius, q̃ faciendam, etiam tali tempore deditionem? De. Nonne pleriq; omnes milites ſe dedunt potius tali tempore, q̃ oppetant mortem uoluntariam? Neq;.n.tam intereſt, quid homnes loquantur, q̃ quid faciãt. Veritas.n in rebus agẽdis, ut philoſophorum ſapientiſſimi teſtantur, non ex uerbis, ſed ex factis, uitaq; hominum iudicatur. Nam ut quidam encomium, ut dicitur, leuiſſime canunt ante uictoriam, ſic multi multa iactant ambitioſe præter animi ſententiam, temereq; magna, ut ſibi uidentur, loquuntur, & de ſe tacite pollicentur, ad rumores populares colligendos. qui in tales anguſtias detruſi bonitate naturæ rationem præferunt priſtinæ ſuæ, & reliquorum ſtultæ iactationi. Nunq̃ igitur ego comittam, ut huic militi, qui cum fortiter, ac ſtrenue. depugaſſet, iniquitate tñ fortunæ, quæ in præliis maxime dominatur, non ſua ignauia uictus eſt, & extrema neceſſitate compulſus deditionem fecit, quenquã eorum anteferam, qui cum nullũ ipſi præbuerint, egregiæ uirtutis documentum, ſuſtinent tñ ſtulte magnifices uerbis illius prudenter ac fortiter factum uituperare. Huius.n. uirtus & animus iam re mihi notus eſt, & certam ſpem dedit, ſi æquiore fortuna fuerit uſus, egregiam ſe laudẽ per occaſionem meriturũ. illorum audio quidem magna uerba, certum indicium fortitudinis nullũ fortaſſe uidi.

nec habeo q̃dq̃ exploratũ,quo poſſim,q̃d ipi tali tẽpore pſtituri ſint, tã certa cõiectura polliceri. Vt igitur nihil mouearis religionis reſpectu, q̃d ipſum eſt ſummum malum, & extrema infamia in homne chriſtiano,tñ ſi putas non iam repugnãdo,amiſſa uľicet facultate,ſed præbendo iugulum nihil proficiẽtem,non tibi,non patriæ, nõ reip.conſulentem,mortem oppetere, quam potes ſolo uerbo,ſine culpa uel nouo dedecore uitare,pulcrum eſſe,& fortitudinis opus,uehementer erras. Illud.n. Iam non eſt,ut quidam iactant,fortiter facere,ſed ſtultiſſime pati. Huc itaq; ualet tritum illud inter milites uerbum,uincẽdum eſſe. aut moriendum uiro forti,ut nec mortis timor, nec periculum obſit,quo minus fortiter ac intrepide inimicum oppugnem9, non ut uiribus exhauſtis, ac utcunq; repugnãdi facultate ſublata, ultro mortem accerſamus,quod eſt hominis plane ſtupidi,uel perfracto animo.Quãto illud ſanioris mentis eſt,& integrioris animi in extremis malis bene ſperare? & qui lætaliter eſt uulneratus deſperata corporis, animæ ſaluti conſulere, cui uero ſpes aliqua uitæ ſupereſt,reſeruare ſe meliori fortunæ.Multi.n.quorum exemplorum plena uita ẽ, cum infeliciter aliquãdo pugnaſſent,non ſolum maiore uirtutis laude ignominiam deleuere,ſed etiam optime de patria, uel rep. merendo ſummam gloriam ſunt conſecuti. Quod ſi quis

mortem

mertem præoptat,ne uiuus infamia: & infelicis
caſus recordatione conficiatur,ſimiliter omnino
facit,ut q morte ſibi conſciſcit,quo effugiat cala
mitates.quod timidi eſſe & proſtrati animi,teſtis
eſt non modo Auguſtinus,ſed Plato etiã,& Ari-
ſtoteles.Nec tamen fuiſſe miror,q Guſmani im-
prudenter,ne dicam ſtulte:& impie factũ laudi-
bus efferrent,& fortaſſis ore pleno laudarent,non
ſolum qm̃ a ſolertibus hominibus ſæpe inſania
inter inſanientes nõ inutiliter ſimulatur, ne quos
animi forſitan robore, intelligentiaq; excellunt,
ab iis magnitudine uerborum,cum aliqua popu
laris exiſtimationis iactura ſuperari uideantur,
ſed etiam quia multi milites tanta cupiditate
laudis indomiti:ac feri animi flagrãt, ut beluis ĩ-
manibus,q̃ prudentibus,& præſtantibus homi-
nibus ſimiles & eſſe,& haberi malint, urſi uel leo
nis feritatem uirtutibus humanis præferentes.
Quæ pernicioſa peruerſaq; ambitio quantũ ab-
ſit ab ea,quam ſæpe dico,magnitudine animi,ſa
tis eſt,ut arbitror,a nobis ſupra declaratum.Alia
eſt.n.ſancticrucii cauſa, qui licet ſucciſo femore
in genu concidiſſet, nõ tñ nec gladium amiſerat,
nec ſpẽ poſſe ſe inimicum male accipere, ſi ille
ut relato pede largius manante ſanguine ad ui-
ctoriã utebat̃,ſic cominus pugnare perrexiſſet.
Quẽ porro exitum certamen habuerit nõ igno-
ratis Sancticrucius .n. non fecit ille quidem de-

ditionem,nec tñ ſe paſſus eſt iugulari. ꝙꝗ uict9 fuerit Alfonſi ducis iudicio,qui uicto conſulens paulatim deficienti,& iam pene quaſſo langui ne pugnam diremit. Quod autem quæris de ſpe diuini iudicii in eum:qui turpem cauſam defen dens occiditur,quæſtio non habet difficiles expli catus. Nam qui delicto pertinaciter indulgens obierit:peccati tenet in ſpiritũ ſanctũ, quod nec
Matth. 12. in hoc ſæculo remittit,nec in futuro. Qui uero malorum pœnitentia tactus uel puncto tempo ris ante emiſſum ſpiritum,dei miſericordiam im plorauerit:de hoc nihil eſt,quod deſperem9. Nã
Ioh. 2. teſtibus: Iohele & paulo, quicunq; dei nomen
Ro. 10. inuocauerit:ſaluus erit,nec deus uult mortẽ pec
Ezech. 18. catoris,ſed ut conuertatur & uiuat,uitam ſcilicet æternam. Nam quod ſepultura in loco ſacro ſic interemptis ab eccleſia negatur, hoc nõ tam per tinet ad animæ efflatæ præiudicium: ꝗ ad infa miam:qua uiui ſolẽt multomagis interdum: quã peccato deterreri. Cæterum ut chriſtiani, ſic uiri fortis eſt,ac magnanimi:ut ſæpe dico:talia certa mina,quo ad fieri poteſt euitare,& nunquã ambi tionis,aut ultionis gratia:deniq; niſi ob honeſtiſ ſimã,eandẽq; neceſſariã cauſam,qualẽ ſupra ex poſuim9 ſuſcipere. Al. Obſiſtere igitur iniuriæ uenienti chriſtianis decernis eſſe conceſſum, il latas perſequi negatum? De. Sic equidẽ ſtatuo.
¶ Alfon. Nulla ne ergo relinquetur maleme-

ritos ulciſcendi ratio? ſed magna impunitas erit prauis hominibus in bonos,& magnanimos debacchãdi: patientia fortiũ uirorum abutẽtibus? quid hoc aliud eſt: quã dare improbis & iniuſtis peccandi licentiam: & optimos quoſq; reddere iniuriis opportunos? Dem. Nõne leges ſunt, quibus crimina pro merito uindicantur? non magiſtratus? qui miniſtri dei ſunt: ut Paulus ait, & uindices in iram ei: qui malum agit? Alfon. Imbecillium: & ignauorum hominum eſt: accepta iniuria magiſtratus fidem ad ultiõem implorare. Dem. At fortium,& magnanimorum, cum infertur, robuſto animo repellere, illatam porro pœnitentibus, quod ad ſe pertinet cõdonare. Nec tñ ſi nræ nobis iniuriæ exemplo chriſti, ut docet chryſoſtomus, magno animo ferendæ ſunt, protinus reip. contumeliæ, aut damna negligenda. Intereſt autẽ reip. quam deus in primis ſaluam & trãquillam eſſe uult, ne crimina maneãt impunita, Quæ maiorem ſæpe ciuitatibus exemplo, q̃ præſenti malo perniciem afferunt, niſi legitimis pœnis uindicent. Vindicta. n. pars eſt,& qdem magna iuſtitiæ, ſi tamen non ad explendum priuatum odiũ ſumatur, ſed ad correctionem malorum ſpectet, & bonorum tranquillitatẽ. Quod munus regibus ac magiſtratibus, belliq; ducibus cõmiſſum eſt, ne priuatis ciuium, aut militum contentionibus,& certaminibus ſtatus reip. perturbetur, cui9

Ro: 13.

optimus quiſq; debet eſſe colēs, & ſtudioſiſſim9. Quo fit, ut magiſtratibus, & quicunq; perſonam gerunt reip. per diuinas leges, humanaſq; liceat, iniurias in ſe illatas rite uindicare, non iræ priuatæ, odioue indulgentibus, ſed ne quid detrimenti res, aut dignitas publica patiat̃. Nam q; uereris, ne uir optimus & magnanimus iniuriæ fiat per has leges opportunus, neqdquā ſollicitaris. Multa. n. ſunt, q̃ tales uiros ab iniuriis contumeliiſq; tutētur. Eſt. n. (ut diximus) fortis & magnanimi, nemīnē lædere niſi laceſſitū, nulli9 dictis, aut factis obmurmurare, nulli9 neq; laudi, neq; cōmodis inuidere, aut obtrectare. res quas alii demirantur, p̄ter uirtutē pro minimo ducere. multos iuuare, ac beneficiis, & gratuita, liberaliq; opera demereri. cunctis demum officiis, & uirtutibus, omniū ī ſe animos cum laude, ac beneuolentia conuertere. Nihil ē. n. amabili9, nihil plauſibili9 uirtute. Talē igit̃ uirū, quis lædere inducet animum? aut quis poti9 nō colet, ac demirabitur? Qđ ſiqs tam peruerſæ mētis, tam q; deprauatorum mo℞ fuerit, ut uirtutem oderit ſtudioſe, quod in fortē & robuſtum animum cadere non poteſt, hunc tñ ut peſſima quæq; mācipia timor pœnæ ab inferenda in fortē, & optimū uirū iniuria deterrebit. Timebit. n. leges, q̄bus talis mētis, factiq; puerſitas, & turpitudo dignis ſuppliciis uindicatur. timebit, & multo fortaſſe magis, ne iniuria, quam

inferre molitur, fortiter propulſata (propulſare enim optimo, & ſanctiſſimo cuiq; licet) recidat in ſuũ magnum malum. Qđ ſi quis per inſidias, & captatam occaſionem ſe iniuriam ſine præſenti pœna inferre poſſe confidat, metuet tamen, ne id quod interdum accidit, uir alioquin optimus, & patientiſſimus, iniqui⁹ ferat rei indignitatem, & ira, quæ res eſt in primis uioléta, depulſus, paulumq; uirtutis ac religiõis anguſtias egreſſus fortitudinem in audaciam conuertat: ac iniuriã turpiter: & cũ infamia auctoris illatam: ſeuerius multis approbantibus ulciſcat᷑. Hæc mihi in mẽtem uenerũt, q̃ de militaris diſciplinæ & chriſtianæ religionis cõuenientia pro tẽporis ãguſtia diſſerẽ rem, conueniẽter, ut arbitror: piorũ & catholicorum ſententiæ, a qua ſtatui nunquã diſcedere, cætera: ſi quæ prætereà deſiderabitis: a doctiorib⁹ petetis, & magis ocioſis. Leop. Tu uero quæ huius erant loci, cuncta mihi uideris acri ingenio, exq̃ſitaq; doctrina copioſiſſime collegiſſe: meq; tali tuo ſermoni interfuiſſe uehementer delectauit. Alfon. Ego uero profiteor: nullas iam pridẽ horas nec utilius: nec iocundius: quã hoc biduo, dum uos audirem traduxiſſe: tibiq; democrates ingẽtem habeo gratiã: q̃ mihi diuturnã: eãdẽq; difficilẽ dubitationẽ exciſti. De. Si uobis ſatisfeci: tuli nr̃i colloquii fructũ: quẽ maximũ optabã. Sit igitur diſputationi modus. Iã. n. adueſperaſcit, & põtifex ad palatiũ regredit᷑. Finis.

Errata Librariorum ſic corrige.

¶ Primū corrige numerū foliorū. 21.23.24.26.36. Deinde Fol. 5. ver. 14. lege leopoldus ver. 26. ſolimanus. fol. 6. ver. 1 Toletus. ver. 4. Toleti. fol. 9. ver. 1. alteram. fol. 13. ver. 21. Romanorum. folio. 15. ver. 22. obſequiis. folio. 16. ver. 37. imitandum. fol. 18. ver. 15. viol ntiā. ver. 27. trahi. fol. 21. ver. 48. liberis fol. 28. ver. 47. vna fol. 29. ver. 42. videri. fol. 30. ver. 21. cognitiōem. fol. 31. ver. 17. q3. fol. 32. ver. 13. delectum. ver. 20. tribuis. fol. 32. ver. 29. egregiæ. ver. 48. quod. fol. 33. ver. 15. ſtulta. fol. 33. ver. 56. rati. fol. 54. ver. 38. præſtitiſſe. fol. 37. ver. 30. religionem. fol. 39. ver. 2. vindicare. fol. 40. ver. 15. ſit. fol. 41. ver. 29. iuſta. ver. 38. conſtituere. ver. 56. tradita, & a nobis. fol. 43. ver. 10. ea. fol. 43. ver. 47. inanis. fol. 44. ver. 6. fortem. fol. 45. ver. 42. vi/cio. fol. 46. ver. 9. dehortatur. fol. 47. ver. 31. verſetur magna nimus. ver. 41. cōſciētia. fol. 48. ver. 1. conſtantē. fol. 49. ver. 47. nec. fol. 52. ver. 49. capiēdis. fol. 54. ver. 36. differamus. ver. 45. conuenire fol. 55. ver. 52. vocati ver. 55. magnitudine fol. 56. ver. 35. maxime hāc virtutem. fol. 57. ver. 53. homine fol. 58. ver. 24. eandem fol. 60. ver. 6. pateat fol. 61. ver. 52. ꝙ fol. 62. ver. 32. quod ſine. ver. 41. affectuū. fol. 63. ver. 18. contentionem ver. 23. turpitudinem fol. 63. ver. 30. pugnare fol. 64. ver. 9. ſe fol. 65. ver. 20. ſegnitiem fol. 66. ver. 10. di/uitias ver. 29. vero multo ēt minus ver. 53. violenta ſit fol. 67. ver. 23. diuitibus fol. 75. ver. 34. Nam quod fol. 81. ver. 10. leonem fol. 84. ver. 21. fungi. fol. 88. ver. 22. magnificis.

Impreſſum Romæ apud Antonium Bladū.
Anno Dñi. M. D. XXXV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE